



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Manit

St. Wy. 27.

L. 43425

312. a. 159.




PA
8464
B5
168.8

St. W. J. 27.

L. 43425

312. a. 159.



Emi me gr. anno ex Bibliotheca ap. 1793

Digitized by Google

Kenthora

PA
8464
B5
1688

d. 43481



*Tanta Baptista mirata poemata Vana
fus, ait, Andino carmine texit opus.*

BAPTISTÆ
MANTUANI

Carmelite Theologi

OPERA
POETICA,

Königl. Preuis.
Chirurg. Pepaniere.



COLONIÆ,
EX OFFICINA MEYERIANA,
ANNO 1688.

Capitula Tractuum

1. *Deus* & *animus* & *spiritus*
2. *animus* & *spiritus* & *animus*
3. *spiritus* & *animus* & *spiritus*

12-31-41
44515 06:5:00


BAPTISTA MANTUANUS
CARMELITA PARIDI
CERESARIO
S. P. D.

Audi, ô Pari, ænigma perplexum, qvod Oedipus ipse non solveret. Ego qvinqagenarius & jam canescens, adolescentiam meam repperi, & habeo adolescentiā simul & senectam: sed ne longa ambage te teneam, nodum hunc dissolvo. Anno præterito cùm Florentia rediens Bononiā pervenisse, intellecti apud qvendam literatū virum esse qvendam libellum meum, qvem olim ante religionem, dum in Gymnatio Paduano Philosophari inciperem, ludens excuderam, & ab illa ætate adolescentiā vocaveram. Carmen est bucolicum in octo Eclogas divisum, qvod jam diu tanquam abortivum putabam abolitum. Ubi id rescivi, Saturnina fame repente sum percitus, & cogitavi qvónam pacto possem proli meæ inferre perniciem. Juvantibus ergo amicis libellum mihi vendicavi, ut perderem qvem suspicabar erratis non

A 2 pos-

posse non scatere. At ubi intellexi & alia
 qvædam exemplaria superesse , visum
 est præstare hoc qvod vendicâram
 emendare , emendatumqve edere ,
 ut ejus editione cætera , qvæ conti-
 nent multa nimis juvenilia , deleantur.
 Hoc igitur sic castigatum duabus aliis
 Eclogis , qvas in religione lusi , in calce
 suojunctis , tibi , ô Pari , juvenis antiquæ
 nobilitatis & studiorum ac omnium bo-
 narum artium amantissime , nostræque
 urbis decus egregium , libentissimè do-
 no : ut qvando tetricis illis Philosophiæ
 ac Theologiæ lucubrationibus , quibus
 assidue vacas , fatigatus fueris , habeas
 jucundulam hanc lectiunculā , qva tan-
 quam ludo qvodam blandulo , sed libe-
 rali , lassum legendo reperetur ingenio.
 Omnes autem , penes qvos immatura
 illa sunt exemplaria , qvæ dixi , rogatos
 yolo , ut si qvid unqvā fuit eis dulce me-
 um , confessim exurant , nec illo pacto
 super esse permittant. Accipe ergo Pari
 suavissime , libellum & auctore , & am-
 bobus tanquam rebus tuis tuo deinceps
 utaris arbitrio. Vale , Kalendis Septem-
 bris , Anno 1498.

BAPT.



BAPTISTÆ MANTUANI,
Carmelitæ Theologi,

A DOLESCENTIA,
In decem Eclogas divisa, ad Paridem
Ceresarium.

E C L O G A I.

*De honesto amore, & felici ejus
exitu, inscripta.*

F A U S T U S.

Colloquutores:

FORTUNATUS & FAUSTUS.

Faustus, precor, gelida quando pecus o-
mne sub umbra

Ruminat, antiquos paulum recitemus
amores:

*Ne si fortè sopor nos occupet, ulla fera-
rum,*

*Quo modo per segetes tacite insidiantur
adulteras,*

*Seriat in pecudes, melior vigilantia
somno.*

Fauste, precar &c.) Hæc prima Ecloga de honesto amore, feliciqve ejus exitu inscribitur , non sine ratione. Nam licet nondum religionem professus , hæc veluti ingenii sui præludia composuerat ; ad poësim haud dubiè natus auctor , tamen qvia ne tunc qvidem qvicqvam in-honestum aut concipere , aut edere voluisse , & nunc cum recognosceret , si offendisset , nimirum rejecisset : proinde , ne si de amoribus titulum qvispiam sæverius religiosus lectitans aufugeret , inscripsit de amore honesto , quo reverà nihil est homini dignius. Hic autem amor honestus describitur , qvia affectione matrimoniali initus. Additur autem , & telici ejus exitu , ut eos qui amare volent , ad honestum amorem invitet , qvippe cujus felix est exitus. Nam de lubricis & inhonestis ferè dicitur à compatriotâ ejus , in consimili opere: Et qvisquis amores , aut metuet dulces , aut experietur amaros. Personæ (ut in præambulis diximus) etiam hic ab offi-

officio & rebus denominantur,
 Faustus & FORTUNATUS Nam utrumque in bonum sonat, ut, Fortunate senex & cætera. Et, O fortunatos nimium, bona si sua norint, Agricolas. Et rursus, O fortunati, qvorum jam mœnia surgunt. Prætereà, Fortunatus & ille, deos qui novit agrestes. Faustus autem, si ad vocem alludere lubet, videtur quasi fatim aut favore stans. Ordo, quem non ubique, qvia opus non erit, repetemus, hic est: O Fauste, quando, id est, qvandoqvidem omne pecus ruminat, id est, remandit prius in ventrem immissa, sub umbra gelida, id est, temperate frigida. Persius autem dicit, & patula pecus omne sub ulmo est. Ego precor recitemus amores antiquos, id est, honestos, qvales erant antiquis. Unde Phavorinus apud Gell. lib. i. cap. io. ad juvenem nimis antiquè loqventem. Sed antiquitatem tibi placere ais, quod honesta, bona & sobria, & modesta sit: vive ergo moribus præteritis, loquere verbis

A 4. præ-

præsentibus. Antiquum enim salet accipi pro chare, quod amici & vi- na, & cætera id genus, ut quæque veterima, ita charissima nobis esse soleant. Unde Macrobi in princip. Saturnalium, Hinc est quod mihi quoque institutione tua nihil antiquius aestimatur, &c. veruntamen hic potius accepero pro honestis & antiquis congruentibus. Id autem Epitheton decenter additur, quod sine eo Servius velit amores lubri- cos dici: nam qui honestatis & reli- gionis est, numero unitatis effiri folet. Veruntamen amores etiam honestos dici testatur Cicero in Offic. sic dicens, Faciem honesti vi- des, quæ si oculis cerneretur, mi- rabilis amores (ut ait Plato) exci- taret sapientiæ. Recitemus ergo amores antiquos, ne si forte sapor, id est, profundus somnus nos occu- pet, videlicet oscitantes. Ulla id est, quævis ferarum quæ insidiantur modo tacite per sagetes adultas id est, maturas, saeviat in pecudes quod docet Maro in Culice, Vigilan- tia,

ris, scilicet est melior somna) Generale adagium, quo sententiam firmat.

Faust. Hic locus, bac eadem, sub quare quietescimus arbor, (arsi
Scit quibus ingemui curis, quibus ignib,
Ante duos, vel, ni memini male, quattu-
or annos:

Sed tibi quando vacat, quando est jucun-
da relatu, (pandam.

Historiam, prima repetens ab origine,
Hic ego, dum sequerer primis armenta
sub annis,

Veste folo strata, sed iacuque supinus.
Cum gemitu & lachrymis, mea tristia
fata revolvens. (bor, agro.

Nulta quies mibi dulcis erat, nullus la-
Pectore, sensus iners, & mens torpore-
sepulta,

Ut stomachus languentis erat, quem
nulla ciborum

Blandimenta movent, quem nulla invi-
tat orexis. (nabat

Carminis occiderat studium, jam nulla fo-
Fistula disparibus calamis: odiosus &
arcus, (crum

Eunda odiosa, canes odiosi, odiosa volu-
Pre-

*Prada, nucum calykos culero enucleare
molesum:*

*Texere fiscellam junco, vel viminepis-
Faboré, scrutari nidos, certare palestra,
Sortiri digitis, res injucunda voluptas
Magna prius, tanti dum mens erat inscia
morbi*

Colligere agrestes uvas, & fraga perosus.

*Hic locus) Sermo est, ut dixi, me-
rè pastoralis, & ita aptus ac pro-
prius. Scit quibus ingemui curis)
Testimonio rem firmat, & ad tela
Cupidinis alludit, qui altera manu
tela, altera gestat flammis. Unde
Maro Mantuanus, At regina gravi
jamdudum saucia cura, Vulnus alit
venis & cæco carpitur igni. Nam
vulnus telo fit, unde saucia curis di-
cta: nam cura, secundum Servium
dicitur, qvòd cor urat. Qvocirca
hic bene dicit, ingemui curis, qvia
res est solliciti plena timoris amor.
*Quibus ignibus) quasi dicat effla-
grantissimis aut cæcis, ut ille, Et cœ-
co carpitur igni. Ignis autem ali-
qvando amor dicitur, ut, Si qvos aut
Phyllidis ignes, aut Alconis habes
laud.**

laud. aliquando amatus, ut; At se
 offert ultrò mens ignis Amyntas.
Vel ni memini male) qvod factum non
 censet, qvia meminerunt omnia
 amantes. *Quando*) id est, qvando-
 qvidem. *Jucunda relatu*) id est,
 dum refertur & recensetur, vel ut
 referatur. Est autem posterius supi-
 num, qvod eo modo cum nominin-
 bus adjectivis construi docet Valla.
Prima repetens ab Origine) Maro-
 nianum est. Sub primis annis) qvia
 primus furor amorum gravissimus
 est, cum inexperta exerceat pectora.
Vesta sola) id est, per terram. *Strata*)
 id est, extensa Dicitur etiam solum
 sterni floribus *Sedi*) id est, recepi de-
 fessus. *Dum sequerer*) id est, seqvi
 deberem. *Jacuique supinus*) qvod
 amentis est. *Sensus iners*) id est,
 sine arte & industria. *Mens erat se-
 pulta*) id est, hebetata torpore ex
 langvore orto. *Ut stomachus lan-
 guentis erat, quem*) scilicet stomachum,
 nulla invitat orexis) id est,
 nullus appetitus, aut nullus vomi-
 tus, sive ructatio. *Orexis enim Græ-
 cum*

cum est, ab ὀρεξούαι, id est, appeto; inde ὀρεξις, id est, appetitus. Ex vomitu autem appetitus nascitur, unde etiam apud Plinium in Epistola pro vomitu accipitur. Errant autem qui Latinè oris exitum interpretantur, nam os oris primam producit, hoc autem corripitur, ut hic & à juvenale satyra 6. Rabidam facturus orexim, & satyr. II. hinc surgit orexis, Hinc stomacho bilis, *Carminis occiderat studium*) Commemorat ferè quæ pastorem oblectare solent, & primū fistulam, de qua Æneid. 3. de Polyphemo loquens, ait Maro, Solamenque malū de collo fistula pendet. *Disparibus calamis*) emphaticōs, quasi dicat, nec etiam artificiosissima, ut est disparibus calamis compacta, ut in Bucolicis Maronis, Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula. & alibi, Aut unquam tibi fistula cera Juncta fuit? Nam ut alibi dicit, Pan primus calamos cera conjungere plures instituit. *Odiosus & arcus*)

cus) Plus est, quam si ejus studium
 occiderit. Id autem pastorale stu-
 dium est: unde illud, & figere cer-
 vos, etiam de venatu intelligi po-
 test. *Funda odio/a*) qva se pubes ru-
 stica ad futuram militiam exercere
 solebat. *Nucum calyces*) i. e. te-
 stas. *Enucleare*) i. e. nucleis eva-
 cuare & nucleos extrahere, sicut
 exosse. *Texere fiscellam*) i. e.
 vas vimineum. Maro in Alexi. Qvin
 tu aliquid potius, qvorum nunc in-
 diget usus, Viminibus mollique pa-
 ras detexere junco. Et in fine Bu-
 col. Dum sedet, & gracili fiscellam
 texit hibisco. Est autem diminuti-
 vum à fiscina, de qva Georgic. I.
 Nunc facili rubea texatur fiscinā
 virga. *Vel vimine*) i. e. tenui per-
 tica seu virga. *Scrutari nidos*) Ma-
 ro, Parta meae veneri sunt munera,
 namque notavi ipse locum, aëriæ
 qva congesse palumbes. *Certa-
 re paæstra*) cursu & lucta. *Sartiri di-
 gitus*) id est, micare, qvi Italorum est
 ludus. Erigit autem micantium

uterque qvot vult digitos, & divinat
qvot sunt ambobus erecti: & qvi
prior enunciat, depositum sortitur.
*Agrestes uvas labruscas & fraga hu-
mi nascentia. Virg. qvì legitis flores
& humili nascentia fraga.*

*Mærebam ut pastu rediens philomela,
cibumq;*

*Ore ferens natis: vacuo suapignoranido
Cùm sublatavidet, rostro cadit esca rea-
missò,*

*30 Cor stupet, & contranidos super arboris
alte*

*Fronde sedet, plorans infelices bymenos.
Seu veluti amissopartuformosa juventa,
Quæ postquam latos alcis magitibus agros
Complevit, residens pallenti sola sub
umbra,*

Gramina non carpit, nec fluminis attrahit undam.

*Sed qvid circuit upario tibi tedia longo?
Dum seqvor ambages, & verba & tem-
pora perdo.*

*Summa hac, vitales auræ invitus age-
bam:*

*Quod si forte volens cognoscere singula
dicas,*

Fau-

FAUSTUS, ECLOGA I.

17

Fauste, quis in Syrtes austere impegerat
vistas?

Me mea (verum etenim tibi, Fortunate,
fatebor)

Momea Galla suo sic circumvenerat ore,
Ut captum pedicis circumdat aranea mu-
scam.

Namque erat ororubens, & pleno turgi-
da vultu,

Et quamvis oculo penè esset inutilis uno,
Cum tamen illius faciem mirabar &
annos,

Dicebam triviae formam nihil esse Diana.

Marebam, &c.) Similitudinem
affert, qua res sit clarior, sed rusti-
co non impertinentem. Pastu) no- Pastu.
men est, ut sit, è pastu seu pasta:
nam posteriora supina non ponunt
perit cum verbis de loco, quod ta-
men imperitorum præcepit ma-
nus. Ore ferens) Virg. de apibus,
Ore ferunt dulcem natis immittibus
escam. Philomela) dicitur luscinia: Philo-
ea autem quærula fingitur propter mela.
amissam linguam, ut in Buc. Virg.
dici solet. Quas illi philomela dapes.
Legunt autem alii philomela nota-

B

sim-

simplici], quia melos primam corripit, ut sit amatrix dulcis cantus. Nihil enim artificiosius canit, ut auctor est Plini, dicens: *Est lusciniis diebus atque noctibus continuis quindecim cantus, densante se frondium germe.* Mira profectò res est, quod tanta vox in tantu-
lo corpusculo sit, tam pertinax spi-
ritus, & musicæ perfectæ modula-
tus sonus. Cantant inter se, & vi-
cta morte quiescit prius vita, quam
cantu deficiens: audit disciplinam
attentè & corrigit, propter hæc pa-
ria illis ac servis pretia erant. In ore
Stesichori poetæ adhuc infantis ce-
cinit, &c. alii verò philomena per-
n legunt hîc. *Rostro remisso*) id est,
non amplius escam tenente. Ne-
gant autem rostrum dici nisi sit in-
currum. *Super arboris altæ fronde*)
antique, ut Maro, *Fronde super vi-
ridi, & gemina super arbore sidunt:*
nam nunc, super frondem, dici-
mus. Volunt prætereà super dici
ubi res contingitur, supra ubi
distantia est. *Plorans*) id est, conque-
rensis.

rēns. *Hymeneos*) id est, nuptias, in
 quibus hymenæus à Græcis invo-
 cari solet, ut Thalassio à Latinis,
 quod in epithalamiis, id est, carmi-
 nibus nuptialibus videre est. Ut au-
 tem docent Donatus & Servius,
Hymenæum quidam & Liberi &
Veneris filium dicunt esse, qui pri-
 mus certas nuptias instituerit, ideo-
 que per laudem cantari in virginá-
 libus nuptiis ob hujusmodi meri-
 tum. Alii virum fortē Atticum,
 qui raptas prædonibus virgines,
 oppressis latronibus patriæ resti-
 tuerit: hinc etiam, inquit Servius,
 apud Romanos Thalassio invoca-
 tur. Cūm enim in raptu Sabina-
 rum plebejus quidam raptam pul-
 cherrimam duceret, ne ei auferre-
 tur, alii Thalassionis cūjusdam no-
 bilis esse simulavit, cūjus nomine
 fuit puer etuta virginitas. De qua
 re Livius libro primo, decadōs pri-
 mæ certus est auctor: plura tamen
 & quædam his diversa apud Plu-
 tarchum legas. Alii, inquit Dona-
 tus, quòd *hymen* dicatur membran-

B a

na

na quædam, qua est munita virginitas, quæ primo dirumpitur coitu; Hymenæum dictum putant: alii hymnum vocari virginalium nuptiarum. Ergo sic accipe hymenæum in nuptiis, quemadmodum in funere vel in sacris hymnum. Terentius in Adel. verùm hoc mihi mora est, tibicina & hymenæum qui canant, hæc ille. Hic autem accipitur pro coniunctione quasi nuptiali. *Seu veluti*) Alia similitudo etiam rusticis congrua: *Gramina non carpit*) Sic Maro, Ulla neque amnem libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam. *Dum sequor ambages*) id est dubios & longos verborum circuitus & involucra, ab ambigo, quod est circumago. Maro, Non hic te carmine ficto, Sive per ambages aut longa exorsa tenebo. *Vitales auras*) sic Æneid. i. Si vescitur aurà Ætherea, nee adhuc crudelibus oceubat umbris. *Quis austus*) quivis ventus importunus. Maro, Dare classibus austros. Est autem meridionalis tempore corrum-

rumpens, unde amoribus quadrat.
Maro, Eheu quid volui misero mihi? perditus austrum Floribus, & liquidis immisi fontibus apros. Corrumpentem obsonia docet Juvenalis, Et properat velut urgeat austus. Syrtes sunt loca arenosa, habentia vadā brevia, in quæ si inciderint naues, evelli nequeunt, de quibus Maro Aeneidos i. In brevia & syrtes urge. sunt autem in Getulia. Idem Aeneidos 3. Hunc ego Getulīs agerem si syrtibus exul. Hnc metaphoricōs aut allegoricōs pro inextricabilibus amorum nexibus: nam qui amant quod obtinere nequeunt, lupum auribus tenent, cùm neque tenere neque dimittere compotes sint. *Impegerat*) ab impingo, nam pango etiam pegi facit. *Istas*) tuas & viles. Pertinet enim iste ad secundam personam & contemptum Maro, Aut quid petis istis? *Me mea Galla*) In Juvenale etiam tentis clientis uxor, Galla mea est, inquit. Profer Galla Caput, &c. *Suo ore*) formositate oris. *Pedicat*)

laqueis & vinculis pēdūm, sicut
manicæ sunt manuum vincula.
Georg. i. Tum gruibus pedicas &
retia ponere cervis, Auritosque se-
qui lepores tum figere damas. Et
Æneidos 2. manicas atque arcta le-
vari Vincla jubet, Priamus. Est et-
iam manica, manuum & brachio-
rum tegumentum, idem: Et tuni-
cæ manicas, & habent redimicula
mitræ. *Et pleno turgida vultu*) Ter-
rentius, Succi plena, sed id urbā-
nius: nam turgida, id est, inflata
non suo pingui, non nisi rustico
pláceat, ut lusca, id est, altero oculo
capta, sed dicit, penè, ut non merè
luscam, sed petam (id est, tremulis
oculis) pures: nam & Venus peta
dicitur. *Diana trivie*) id est, tres
vias habentis: in cœlo ubi Luna
dicitur, in sylvis ubi Diana ve-
natrix, & apud inferos ubi Proserpi-
na: quod fingitur, quia lunæ lu-
men nunc superis, nunc inferis,
nunc nobis conspicitur. Legi posset,
ducebam, i. e. judicabam in animo
meo. *Nihil esse*) videlicet ad hanc
nostram.

For.

For. *Ludit amor sensus, oculos perstrin-
git, & aufert*

*Libertatem animi, & mira nos fascinat
arte.*

Credo aliquis demon subiens precordia 50
flammarum

*Concitet & raptam tollat de cardine
mentem.*

Nec Deus (ut perhibent) amor est, sed
amor & error. amor /

Ludit amor sensus) Interloquitur
Fortunatus ne durior sit perpetuus
tenor unius. *Ludit*) eludit. Oculos
præstringit) Unde præstigiae &
præstigiatores, qui Mercuriū prin-
cipem habent. *Fascinat*;) illigat quasi Fasci-
fase quodam & incantamento. nat.
Maro, Nescio quis teneros oculos
mihi fascinat agnos, *Aliquis demon*)
id est, vafer spiritus. *Precordia*) id p̄æcor
est, membranulas cor cingentes, in dia,
quibus sunt affectiones seu passio-
nes animorum. *Concitet*) à concito
frequentativum, id est, provocet
aut commoveat. *De cardine*) de sta-
bilitate & firmitudine sua. *Nec Deus*)
Maro, Nunc scio quid sit amor, du-

ris in cotibus illum, Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes, Nec nostri generis puerum, nec sangvini sedunt. *Amaror*) amarities, Ama- ror. amaritas, & amaritudo ab amaro dicuntur.

Faust. *Adde, quād op̄atis nec sp̄es erat ulla potiri.*

Quamvis illa mea miserata faveret amori,

Monstraretq; suos oculis ac natibus ignes.
Nam quocunq; isset, semper comes aspera,
semper

Nupta sequebatur soror, & durissima
mater:

Sicq; repugnabant votis contraria vota,
Non secūs ac muritatis: illa invadere
pernam

60 Nititur, hic rimas oculis observat acutis.

Adde &c.) Docet quomodo in
syrtes incidisse probetur. Non secūs)
id est, non aliter. Ac) id est, quām
scilicet repugnat, catus) id est, felis,
animal reverà caustum, id est, va-
frum & callidum: & corripit catus
primam, unde per t. simplex scri-
bitur. Horatius i. Carminum, Voce
for-

ormasticatus & decore: veruntanen multi pro animali pertit, du-
plex scribendum putant. *Perna*) à
sede dicitur, secundum Varrone>m,
quasi sit pes porcinus cum carne:
præcipue priores, pernas vocant,
postiores vero, petasones. *Rimas*)
Id est, fissuras, è quibus mus exiliat.
For. *Qui satur est, pleno laudat jejunia*
ventre,

Et quem nulla premit fitis, est sicutientibus
asper.

Iterum interloquitur Fortuna-
tus, cuius dictum si ad durissimam
matrem respicit, sensus est, matrem
jam saturatam amoribus non igno-
scere filiae amare incipient: si ad
catum, illum invidere muri aut so-
rici famelico cum satur sit, quia
tunc præcipue venatui intendit,
cum contrà faciat canis.

Faust. *Tempus orat curva segetes inci-*
dere falce,

Et latè albebat flaventib, hordeac culmis:
Affuit (ut mos est) natis comitat a duabus,
Collectura parens, que preterit horrea
messor:

*Ignorabat enim vel dissimulabat amore.
Dissimulasse puto, quoniam data munera
nata*

*Noverat, exiguum leporem, geminasque
palumbes.*

70 *For. Pauperies inimicabonis est: mori-
bus omne*

*Labitur in vitium, culpa scelerumque
ministra est.*

*Faust. Farralagens ibat mea per vestigia
virgo, (lacertos,*

Nuda pedem, discincta sinum, spoliata

Ut decet astate, quae solibus ardet inquis:

*Tecta caput fronde intorta, quia sole
perusta,*

*Fusca fit, & voto facies non servit
amantum.*

Iam tergo vicina meo lateriq. propinqua,

*Sponte mea delapsa manu frumenta le-
gebatur. (ras,*

Nec celare suas, nec vincere fæmina cu-

80 *Nec difforre potest, tantum levitatis in
illa est.*

*For. Quisquis amat, levis est: nec fæmī-
na sola, sed ipsi*

*Quos sapere & præstare calius mortalibus
ajunt*

Quos

*Quos operit latus fulgenti murice clavus
 Quos vidi elatos regali incedere passu.
 Tu quoque, sic affectus, eras dementior illa,
 Forsitan & levior, virgo data farra
 legebat,*

*At tu farra dabas, dic, qua dementia
 major?*

*Perge, opus est verbis aliquando arcere
 soporem.*

Tempus erat curva segetes incidere)
 Græce & dūriter, ut rustico compe-
 tit. Nam latine dicas: tempus inci-
 dendī. auctōribus Servio & Valla.
 Virg. tamen Æneid. 2. dixit: Sed si
 tantus amor casus cognoscere no-
 stros. *Collectura parens.*) Hic locus
 videtur sumptus ex Ruth. *Pauperies*
inimica bonis est moribus) Id rusticis vi-
 sum (quibus nondum intellecta
 deorum munera, paupertas) aut
 quia indigentem difficile est bene
 operari: aut reverā, quia per pau-
 pertatem coguntur mulierculæ
 munera accipere, quæ divitibus
 essent respuenda. *Omne labitur in*
vitium) Sic Comicus: Inopia &
 cognata

cognatorum negligentia coacta
 Et post: ita ut ingenium est omnium
 hominum proclive ab labore ad libidinem. Est quidem haec sententia rusticō digna. Nam neque paupertas vitium est, neque in vitium impellit, si eam ferre noverimus: quin munus deorum à Lucano recte dicitur, sed nondum intellectum. Verum quia proclives sumus ad libidinem, nostro, non paupertatis, vitio sāpē peccamus, unde Proverb. 30. Aut egestate furer, & perjurem nomen Domini. Et tamen idem dixit, Paupertas & honestas à Deo sunt. Dicemus ergo paupertatem in spiritu sanctam, sed difficilem ejus usum. Pauperies autem propriè accipitur pro danno, ut si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. *Nuda pedem*) Græcæ & poëticæ sunt locutiones. *Maro Aeneid.* i. *Nuda genu*, nodoque sinu collecta fluentes. Sunt autem oratoribus vitandæ. *Sponete mea*) Sic & Booz ipsi Ruth fieri præcepit. *Latus clavus*) vestris est senatorum

Ro-

Romanorum. Murex, conchylii
genus, cūjus sanguine fit purpu-
reus color. *Dic que dementia*) In
prosa potius dixero, utra vel
utrius.

Faust. Continuò aspiciens agrè tulit
aspera mater:

Et clamans, quo, dixit, abis? cur deseris agmen? {
agmen}

Galla veni, namque hic alnos propè mi-
tior umbra, (aura.

Hic tremulas inter frondes immurmurat
O invisa meis vox auribus: ite, precabar,
Ite, malam venti celeres dispergite vocē.
Si quis pastor oves ad pingua pascua
ducat,

Et vetet adductas præsens decerpere.
gramen:

Kel si jam pastas potum compescat ad
ammem,

Et sitibundo ori salientem deneget undā,
Nonne importunus, naturæ inimicus, &
excors?

Illa mihi vox visa foris violentior ira, 100
Cū tonat, & pluvia, terris irascitur aér,
Non potui & volui frontem non flectere.
virgo

Di-

*Dimisi in cilium de subvelaminis ora
Me aspiciens, motis blandè subrisit ocellis.
Id cernens iterum, natam vocat improba
mater.*

*Galla operi magis intendens, audire
recusat,*

*Ut pede, sic animo sequitur, tum provi-
dens ipse.*

*(Namq; dolos inspirat amor, fraudesque
ministrat)*

*Nunc cantu, nunc sollicitans clamore me-
tentes,*

*110 Velamenta dabam sceleri, quò credere
possent.*

*Et soror & mater non audivisse puellam,
Falce repellebā sentes, nec crura sequentis
Levia, ne teneras ausint offendere
plantas.*

*For. Quisquis amat, servit, sequitur ca-
ptivus amantem,*

*Fert domita cervice jugum, fert verbera
tergo*

*Dulcia, fert stimulos, trahit & bovis
instar aratrum.*

*Continuò aspiciens &c.) Recitat ar-
gumentum amorum suorum. Si
quis pastor) Indicat similitudine
quām*

quām incommoda fuerat matris
 reclamatio, nam sicut pastor ovi-
 bus esset importunus, si eas à præ-
 sentibus herbis aut fluminibus,
 cūm famerent aut sitirent, arceat,
 quæ Tantali pœna dicitur: ita im-
 portuna visa est mater quæ præsen-
 tia puellæ vetabat frui. *Jovis vio-
 lentior ira*) Amatoriè dictum. Au-
 dire recusat) id est, hic (ut videtur)
 dissimulat. *Velamenta dabam sceleri*)
 id est, fraudi, quæ non semper sce-
 lerata est, nam si honeste amavit,
 ut titulus indicat, cui sceleri? sed
 scelus est in puella non audienti mo-
 nitis maternis *Sentes*) id est, spinas *Sentes*,
 & vepres. *Crura sequentis*) scilicet
 virginis *Levia*) non aspera nec pilo-
 sa. *Teneras plantas*) Maro: Ah tibi
 ne teneras glacies fecet aspera plan-
 tas. *Quisquis amat, servit*) Ideo Ovi-
 dius: Dum licet, injusto subtrahe
 colla jugo. *Fert*) id est, patitur ver- Fert.
 bera. Satyricus, Solea puer objur-
 gabere rubra. *Boris irpar*) id est, Instar.
 in statum & in morem: quod Valla
 non approbat, vult enim, instar ad
 æqui-

æquiparationem, non ad similitudinem pertinere.

Faust. Tu quoque, ut hinc video, non es
ignarus amorum.

For. Id commune malum, sicut et insanimus omnes:

Faust. Hoc animi tam triste bonum, tam
dulce venenum

120 Quotidie crudele magis, crescebat in
horas,

Ut calor, in novam dum lax attollitur
horam:

Pallebam attonito similis; lymphaticus,
amens,

Immemor, insomnis nec erat res, ardua
morbi

Nosse genus, frons est animi mutabilis
index.

Ut pater advertit, mitem se prebuit ultra
Consuetum: quod & ipse suos exporsus
amorum

Sciret orus, blandoque loquens humani-
ter ore:

Dic, inquit, dic Fauste, quid hoc quod
spectore watvis?

Infelix puer, haec facies testatur amorem.

130 Dic nihil ne quideat curas aperire parenti.
For.

For. Sit licet in natos facies austera
parentum,
Equatamen semper mens est, & amica
voluntas.

Faust. Ut facilem pater affectum pre se
tulit, ultrò

Rem confessus, opem petii: promisit, &
ante

Quam brumale gelu borealibus areo
pruinis

Spargeret, agnati uanimes cum patre
puellam (illa

Despondere mihi: nec adhuc sine testibus
Congrediebar, eram medio sitibundus in
amne

Tantalus: ô quotiens misso cum bobus
aratro,

Ut vacuis aliquando esset sola adib, ibam. 140

Tu quoque) Aeneas Sylvius, qui
& papa Pius, asserit neminem ad
trigesimum pervenire ætatis annū,
qui non senserit aliquando amoris
ignem: unde proverbialiter dici-
tur hic, Semel insanivimus omnes.
Qvod Maro in Geor. lib. 4. sic dicit,
Omne adeò genus in terris homi-
numque ferarumque. Et genus

C æquo.

æquoreum, pecudes, pictæque volucres. In furiæ ignemque ruunt, amor omnibus idem, &c. *Hinc*) id est, ex his à te dictis. *Lymphaticus*) id est, furore percitus, ut hi qui lymphas, id est, nymphas se vidisse in aquis credunt. Errant autem, qui vinum lymphaticum dicunt, pro diluto. *Amens*) id est, sine mente. Terrent. Nam hæc incepio non amantium sed amentium est. *Frons* est animi mutabilis index: Proverbiale, sed quia cœperunt homines disimulare, dicit Juven. Fronti nulla fides, ea dicata fertur verecudiæ atque pudori. *Frons index*) Sunt ergo index, jūdex & similia communia. Cicero: Hanc vocem stultitiae indicem. *Ut pater advertit*) id est, rescivit, agnovit, annotavit animadvertisendo. *Mitem se præbuit*) talem præstandum doget Mitio Terentianus in Adelph. *Ultra confuctum*) id est, præter consuetudinem, quia solent patres esse severi in mores filiorum. Unde *Menedemus* Terentianus in Heau.

Cœ-

Cœpi non humaniter, neque, ut decuit, animum ægrotum adolescenti tractare: sed vi & via pervulgata patrum accusabam, &c.) Caussam autem quare pater mitior fuit, addit, quod & ipse suos ex &c. unde & divum Petrum labi contingit, ut sciret ignoscere. *Dic mihi ne pudeat &c.*) ex loco Terentiano, Sit licet in natos &c. Confirmat, ut vero simile sit quod ille dixerat.
Agnati) id est, affines. *Despondere*) id est, desponderunt mihi puellam. *Nec adhuc sine testibus*) id est, arbitris & præsentibus. *Illi*) id est, cum illa congrebiebar, id est, licet esset mihi desponsata, tamen non licebat convenire eam, nec cum ea loqui quum sola esset: quo custoditam ejus attestatur pudicitiam. Est autem locutio Virgiliana: nam Virgilius verba ad certamen pertinentia cum dativo construit, quæ alii cum ablativo mediante cum, ut, Placitōne etiam pugnabis amore: id est, cum amore. Certat tibi, id est, tecum. *Infelix puer, atque impar congregus*

sus Achilli, id est, cum Achille. *Eram*
Tanta- *medio sitibundus in amne. Tantalus*)
Ius id est, Tantali similis, de quo Horatius i. Serm. Tantalus à labris sitiens fugientia captat Flumina. Quia enim deorum secreta revelavit, aut quia Penelopem filium diis epulandum apposuit, hac pœna apud interos damnarus dicitur, ut mento tenus, immò labiorum tenus habeat dulcissima flumina, quibus dum sitim restingvere conatur, delabuntur. Et naso tenus fragrantia pota itidem dum apprehendere conatur, subterfugiunt. Signantur autem avari, ut auctor est Horat. subdens ibidem: Quidrides? mutato nomine de te Fabula narratur: congestis undique sacris Indormis inhians, & tanquam parcere sacris Cogeris, aut pietis tanquam gaudere tabellis. *Ut adi-*
bus) id est domibus privatis, scilicet paternis. *Vacuis*) scilicet patre, matre, sorore & reliquis familiaribus. *Effet sola*) scilicet, domi. *Ibam*) scilicet ad eam.

Omnis

Omnia caussabar, stivam, dentale jugumq;
 Lora jugi, rullam: deerant quaecunque
 petebam

E socii lare, sola tamen deerat mihi
 virgo.

Non deeram mihi, piscator, venator &
 auceps

Factus eram & solers studia intermissa
 resumpsi.

Quicquid erat preda, quicquid fortuna
 tulisset,

Ad soceros ibat, gener officiosus habebar.

Nocte semel media subeuntem limina
 furtim,

(Sic etenim pactus fueram cum virginе)
 furem

Esse rati, invasere canes: ego protinus 150
 altam

Transsiliens sepe, vix ora latrantia fugi.
 His tandem studiis hyemem transegimus
 illam.

Ver rediit, jam sylva viret, jam vinea
 frondet,

Jam spicata Ceres, jam cogitat hordea
 messar,

Splendidulis jam nocte volant Lampyri-
 des alis.

*Ecce dies genialis adest, mihi ducitur
uxor.*

*Sed quid opus multis? nox expectata
duobus*

*Venit, & in portum vento ratis alta se-
cunda est.*

Tu bove mactato, gemina convivia luco

*160 Sub patula instructis celebravimus ar-
bore mensis.*

*Adfuit Oenophilus, multoq; solut; faccio,
Tempestiva dedit toti spectacula vico.*

*Et cum multifori Tonius cui tibia buxo,
Tandem post epulas & pocula multicolorē
Ventriculum sumpsit: buccasquo inflare
rubentes*

*Incipiens oculos aperit, ciliisq; levatis:
Multotiesq; altis flatu à pulmonibus
hausto,*

*Utremp implet, cubito vocem dat tibia
presso,*

*Nunc buc, nunc illuc digito salientes
vocavit*

*170 Pinguisbus à mensis juvenes ad compita
cantu*

*Saltidico dulciq; diem certamine clausit.
Et jam tres hyemes abiēre & proximat
aetas*

Quar-

Quarta, dies rapidis, si qua est bona, præterit horis: (herent.

*Si qua placent, abeunt: inimica tenacius
For. Fauste, viden? vicina pecus vi-
neta subintrat.*

*Jam, ne forte gravi mulcta taxemur,
eundem est.*

*Omnia caussabar) Pergit quo occupe-
perat docens Faustum amorum
suorum exitum, optatis videlicet
nuptiis. Omnia caussabar, scilicet
excusabam seu accusabam, & in
excusationem intermissæ operæ ad-
ducebam, ut in Mœri: Caussando Caussa-
nostros in longum ducis amores. bar.*

*Stivam) id est, manicam aratri, qua Stiva.
regitur. Dentale) id est, lignum ad Denta-
quod inducitur vomer, ut dicit Ser- le.
vius ad illud i. Geor. Duplici aptan-
tur dentalia dorso. Rullam) patrem
à ruendo dictum. Elare) id est, do-
mo saceri) scilicet futuri, quia despō-
fatione facta. Non deeram mihi) id
est, officio meo, aut utilitati meæ.
Studia intermissa, scilicet tempore
langvoris, ut prius dixit. Gener,
est conjunx filiæ, & dicitur ad so-*

C 4 ce-

cerum & socrum correlative. *Jam ceres*) id est, seges aut frumentum. *Spicata*) id est, spicas habens: *Lampyrides* sunt papiliones quædam, quæ nitedulæ & citendulæ dicuntur, de quibus Sipontinus sic: Cicendula à Græcis lampyris dicta: quinam noctilucam quod noctu luceat: alii nitedulam vocant. Non ante maturam pabula, aut post defeta conspicitur, nunc pennarum hiatu refulgens, nunc compressu obumbrata. Hujus animalis stellantes volatus, maturitatis hordei signum rusticis præbent, mira benignitate naturæ. Ab hac lychnus penfiliis, quem vulgo lampadem vocant, cicendula appellatur: quæ nocte tota servatur accensa, & lampyridos instar lucet. Martial. de cicendula: Ancillam tibi fors dedit lucernæ, Totas quæ simul exigat tenebras. Scribitur autem Græcè λαμπτεις ίδοι, & πυελάμπτης, sed pro v etiā y scribi à nobis solet. Quia ergo hordei maturitatem denotant, benè dicit: *Jam cogitat hordei meffor.*

messor. *Splendidutis, &c. Dies genialis*)
 id est, in quo gignendis liberis in ge-
 niali thoro opera detur. *Ratis acta*)
 id est, res de qua parum sperabatur,
 optatum sortita est exitum. *Gemina
luce*) id est, solis & tædarum. *Sub pa- Patula.
tula*) id est, semper patente. *Oeno- Oeno-
phylus*) id vini amator. *Oenophy- phylus*
 larum autem vas magnum in quo
 vinum affertur. Juvenal. *Totum
Oenophorum* à Cræcè dicitur
 vinum. *Jaccho*) id est, baccho, hoc Jaccho
 est, vino solutus: solvit enim curas.
 Unde Lyæus à λύα, id est, solvo di- Lyæus.
 citur *Liber pater*. *Tonius*) à tonando Tonius
 dictus cantor. *Cui tibia buxo*) ex bu- Tibia.
 xo enim fere fiunt nunc fistulæ,
 olim ex tibiis gruum: unde & tibiæ.
Multicolorem ventriculū) id est, folli- Ventri-
 culum, quem inflare solent variis culus.
 panniculis tectum, vulgo musam
 cornutam vocant, eò quòd ob cur-
 vam fistulam annexam habet. *Buc-
cas rubentes*) ex vino. *Multoties*) fa-
 tis humile adverbium, quo idonei
 abstinere dicuntur. *Urem*) id est,
 saccum illum ex corio. *Pinguibus*

à mensis juvenes ad compita) id est, loca quæ plures petere solent, in quibus rustici choreas & cæteros ludos excent. *Cantu saltidico*) id est, saltandi formam dictante. *Et proximatum*) id est, proxime appropinquat aut instat, *aestas quarta*) quia æstate post messem duxerat. *Dies rapidis*, &c. *Si qua*) id est, aliqua dies, id est, tempestas: est bona, id est, læta, prospera: præterit horis rapidis, id est, velociter, transeuntibus. Id enim videtur lætis. *Inimica tenacius herent*) Generalis sententia, qua finem facit: plura tamen, ut videatur, dicturus, sed à Fortunato ad coercitionem pecoris avocatur.

Viden.

Vineta

Mulcta

Viden) id est, vidésne. *Pecus subintrat vineta*) id est, loca vitibus confita vicina, *eundum est*) id est, ire nos oportet ad custodiam pecoris, *ne taxemur*) id est damnemur, *gravi mulcta*) id est, poena pro delicto danda.

EC-

ECLOGA II.

De insania amoris inscripta.

FORTUNATUS.

Colloquutores.

FAUSTUS & FORTUNATUS.

Cur tam serus ades? quid te (jam
septima lux est)

*Detinuit? gregibus ne nocent hac pascua
vestris?*

For. Fauste, Padus, nostros qui præter-
labitur agros,

*Creverat, & timidis ripas aquaverat u/
undis.*

Nos, cur a gregis obmissa, privata coëgit
Publicaq, utilitas, ripam munire diurnis
Nocturnisque operis, fluviumque arcere
furentem.

Faust. Fert Padus exundans mala sapientia
omina noster.

*Tityrus est auctor, qui pascua dixit
& arva.*

For. Forfitan id verum, quando extra
tempora & ultra.

Men-

*Mensuram atque modum subito concre-
verit astu:*

*Nunc autem id poscit tempus, nam liqui-
tur altis*

*Nix hyberna jugis, implent carva flumi-
na montes,*

*Se exonerant, fluviosque erant: sic
flumina rursum.*

*Se exonerant, pelagusque erant, homi-
num quoq; mos est,*

*Qua nos cung; premunt, alieno imponere
tergo.*

Amyn-
ticus.

*Cur tam serus ades?) In hac Eclo-
ga damnabitur amoris insania, qua
Amyntam pastorem deperisse me-
morabit Fortunatus. Non enim
nomini congrueret, ut Fortunatus
amores experiretur amaros. A-
myntas à Marone inducitur pastor
æmulus, unde dicit: Invidit stultus
Amyntas. ἀμύντικός autem dicitur
vindicativus. Talis autem proxi-
mus est ad furorem & insaniam,
quum cœptis desistere cogitur.
Utrunque deduci videtur ab ἀμύν-
ται, quod est, uleiscor, punio repu-
gno. Principium collocutionis est
de*

de inundatione Padi, quam Faustus accusat. quò minus affuerit illis diebus cum pecore. *Cur tam serus*) id est, tardus : sed utrumque sic accipio. ut ad tempuss referatur. Virgilius, Tardi venere subulci. Nam lentus, piger, oscitans etiam manè venire possit : serus autem, vespre duntaxat, etiamsi celer & præceps. *Jam septima lux*) septimus dies, prima tamen lux, & primus Prima dies differunt, auctore Valla. Nam lux. prima luce facio quod in prima Primus dies parte diei: primo die, quod toto ipso die qui primus est. *Gregibusne nocent*) quasi dicat, minime, cùm ager Mantuanus sit optimus: unde Maro, Et qualem infelix amisit Mantua campum. Padus fluvius est maximus Italiæ, in quem juxta Mantuam incidit Mincius : unde de utroque dicit Maro in Tityro, Hic inter flumina nota, Et fontes sacros, frigus captabis opacum. *Nostros ergo gros.* id est, Mantuanos. *Nos cura gregis obmissa*) aut omissa. Vulgatius, Horatium secuti, deposito

Serus.

sito b dicimus omissa, & omisi prima brevia. *Nocturnisque operis*) id est, operationibus aut operariis, nam utrumque significat hæc opera. *Fert Padus exundans mala sæpius omina*) id est, portenta aut indicia futuræ calamitatis. *Noster*) id est, nostras aut compatriota noster. *Tityrus*, id est, Maro, qui in primo Bucol. per Tityrum intelligitur. *Est auctor*) in fine primi Georg. post cædem Cæsar is, quam tot mala secuta

Omina
Noster.

Eridanus.

sunt, quia Fluviorum rex Eridanus, camposq; per omnes, Cum stabulis armenta tulit. Idem enim est Padus & Eridanus, ab Eridano seu Phaëtonte filio Solis, qui in eo submersus dicitur, denominatus, idem dicit Horat. primo Carminum de Tyberi, Vidimus flavum Tyberim retortis Littore Hetrusco violenter undis, Ire dejectum monumenta regis, Templa que Veste. *Quia passua dixit & aura*) id est, Bucolia & Georgica. Prudenter Æneida tacet, ut cuius lectio ad rusticum non spectat. Horatius autem in sermonibus

bus reticet quia tunc nondum erat
emissa. *Forsitan*) bene forsitan, ne
portentis fidem priscorum adhibe-
re censeatur: Quæ verò tempesti-
vè fiunt, nihil portendere videntur
præter se. *Nam liquitur*) id est, li-
quescit & defluit. Virgilius Georg.
I. Vere novo gelidus canis quum
montibus humor Liquitur. *Mon-* Liqui-
tes) nominativus est, quia montes tur,
implent cava flumina, id est, alveos
fluminum. *Se exonerant*) videlicet
montes: & onerant flumina, flu-
mina rursus onus suum in mare
demittunt: nam omnia flumina
intrant mare, & mare non redun-
dat. Unde rusticè dixit, Pelagusque
onerant. *Quæ nos cunque*) tmesis,
(id est, incisio) est, pro quæcunque
nos. Dicitur autem tmesis, non te-
mesis. *Alieno imponere tergo*) Unde
de Pharisæis Salvator Matthæi 23.
Alligant autem onera gravia & im-
portabilia, & imponunt in hume-
ros hominum, digito autem suo
nolunt ea movere.

For.

For. Sed jam contractum revocant suis
alveus ampon.

Faust. Decrescente Pado, dictum mira-
bile, noster,

Fortunate, lacus majoribus astuat undis.
Urbs natat: obscuræ fūnt cellaria fossæ,
Lynatre cados adeunt: labens ad vina
minister

Ridet, & ex imis fertur gravis obba la-
cunis:

Multa, licet nati fuerint meliorib, horis,
Multa & magna ferunt aliquando in-
commoda cives.

25 **For.** Commoditas omnis sua fert incom-
moda secum.

Et sorti appendix est illa tabis omni.

Faust. Hactenus Eridans. nostros repe-
tamis amores,

Quandoquidem nunc alma Venus movet
omnia, cælum

Luce tēpet, nitidā tellus viret, arva vo-
lucres

Cantibus exhilarant vernis, nunc omnia
fætant.

For. Tu tua lusisti sed nos aliena se-
quamur,

Namq, tibi non referam pastoris amores,

Ut

Ut doceam Veneris nihil esse potenter
igne. (Amyntas,

Pauper, & infesto sub sydere natus
Sex vitulos, totidemque pares atate ju-
venas,

Armentisq; parens ducens in pascua tau-
rum,

Venerat ad Coitum, vitudis ubi Mincius

undis

Alluit herbosos fugiens perniciet agros.

Arx nova propter aquas. pinnatis ardua
murus

Est Coitus, campo moles fundata palustris.

Hic igitur recubans, vitrei prope fluminis undam,

Vitis ubi amplectens longis dumeta
lacertis,

In vada curvata ripa superemines
umbra, (hamo.

Piscibus insidiis tendebat arundine &

Messis erat, solis rapidi violentia adustos

Prosciderat campos, finem philemela ca-
nendi

Fecerat, & neque lux, passim morienti-
bus herbis,

Pascerooves poterant, neque nox humo-
recicadas.

Dumq; incumbit aquis, studioq; intendit
inani,

50 Taurus (ut auditum est) primū vox-
tus ab æstro.

Mox canib. demū furac à milite sylvis
Abditus, ex toto confestim evanuit agro.

Sed jam contractu) Non interro-
gative, sed indicative legatur. *Saturnus*

alveus) id est, proprius aut debitus;
aut hypallage, id est, suum amnem.

Decrescente Pado, dictu) id est, ut di-
catur, vel dum dicatur, mirabile,

noster lacus) vicinus urbi nostræ

Minci⁹ Mantuæ, scilicet Benacus. Mincius

Lynter enim ex Benaco fluit: *Lyntra*) i. sca-

Obba. pha aut alia navicula *Gravis obba*)

id est, lagenæ Persius sessilem vo-
cat, eò quod lato fundo quasi se-

deat, dicens satyras. Exhalet vapi-
da læsum pice sessilis obba. *Melso-*

ribus horis) Unde Juven. Distat

enīm quæ sidera te excipient, modò

primos incipientem. Ede vagitus,
& adhuc à matre rubentem. Sed

in ethnicis quām Christianis conso-
nantius. Verūm si non trahimur,

aut compellimur inviti, ducimur

ta.

tamen zælo & incitamur. Appendix appendicis illætabilis) quæta in hoc mundo non dix. sunt solida nec plena gaudia, quæ nihil habeant amaroris. Nam extre-
tum gaudii luctus occupat. Appendix dicitur, quod appenditur. Illætabilis, de qua non est lætandum. Sic Æne. 4. Hinc Drepâni me por-
tus & illætabilis ora. Multa sunt proverbialiter dicta, notatuque di-
gna. Boëtius dicit se didicisse, in for-
ribus Jovis esse duo dolia, alterum
boni alterum mali: neminemque
nasci, qui non aliquando ex utro-
que bibat. Hactenus Eridanus) scilicet
dictus est, id est, inundatio Padi.
Nosotros repetamus amores. Quan-
doquidem nunc) scilicet in vere, præ-
cipue dum nix liquitur, tunc enim
Veneri potissima datur opera: un-
de vernæ dicti, quod fere verno
tempore gignuntur. Alma) quia di-
va creatrix, ab alendo dicta, nam
per propagationem conservat ge-
nus nostrum. Arva volucres) Maro,
Hinc volucrum concentus in arvis
Exhilarant, iāgas Græcē, unde hi-

Alma.

lartum Terentius dixit, Facit hilario verbum, quod est hilarem & letum facio. *Nunc omnia facant*) id est, fœtus producunt. *Tu tua lufisti*) id est, tuos amores faciliter cecinisti: est enim ludere, res non graves canere, unde Virg. in Bucol. & ipsum Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. Et Ovidius, Ille ego qui fueram tenerorum lufor amorum, Ingenio perii Naso poëta meo. Item Maro in Culice, Lusimus Octavi gracili modulante Thalia, Atque ut Areneoli tenuem formavimus orsum. *Sed nos aliena sequamur*) Non enim Fortunato (ut dixi) infornia amorum congruunt: ea enim dicturus est. *Veneris nihil esse potentissimum igne*) Maro. Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. Et ideo de tempore quo amant belus, dicit Georg. 3. Tempore non alio catulorum oblita leæna, Sævior erravit campus, nec funera vulgo. Tam multa informes ursi, stragemque dedere per sylvas: tum sævus aper, tum pessima tigris. Heu male tum Libyæ

Libyæ solis erratur in oris. *Et infesto subsidere*) id est, molesto, & inferenti quasi vim: quod plus est, quam si, infausto, legendum sit. *Ad Coitum*) id est, ad arcem sic dictam, quod esset ad confluentem padi & Mincii ex Benaco (ut dixi) nascentis. *Perniciter*) velociter. *Pernixa nova*) castellum notat, propter citer. *aquas*) id est, juxta. Virgilius Georgorum 3. Et viridi in campo templum de marmore ponam propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat Mincius, & tenera prætexit arundine ripas. Sed quæram, cum ille in laudem Mincii (est enim sic utilior navigantibus, adverso præsertim flumine) dixit, tardis flexibus, cur hîc dicat, fugiens pernici- ter: sed dicemus id ad inundationem pertinere, qua flumina tarda alias pernicia fiunt. *Longis lacertis*) Scidi. id est, brachiis, quia labruscæ non putantur nec refecantur. *Arundine & hamo*) id est, hamata arundine, id est, virga tenui. Sciderat mutavit, fecitque prosciderat campos, finem

philomela &c. nam scindo scid priorem corripit Æneid. 3. Hespe-
rium Siculo latus abscidit, arvaque
& urbes. Ubi Servius tamen vide-
tur sentire debere produci: nam
metri, inquit, cauſia ſci syllabam
corripuit, verū non legitur cor-
repta, qvum contrà ſæpè reperia-
tur. Horatius i. Carm. Nequic-
quam Deus abſcidit &c. Posset for-
tè legi ſolverat, aut quid simile. *Ne-*
que lux) id eſt, diurnum tempus,
nequenox humore) id eſt, rore. Virg.
Dumque thymo paſcentur apes,
dum rore cicadæ. *Studioq; intendit*
inani) id eſt, pifcandi hamo: unde
parūm utilitatis conſequitur, præ-
ſertim prætermiſſa cuſtodia armen-
torum, *Ab æſtro*) vefpæ genus eſt id,
ſic Græcè à ſono dictum. *Mox*) i. e.
paulò pōſt, vexatur à canibus. *De-*
mùm ; id eſt, tandem & ultimò. *abdi-*
tus) id eſt, abſconditus, à milite) id
eſt, viro belligero humiliſ conditio-
niſ, unde furaci addit. Non enim
militem dicemus equitem aura-
tum, ſed millesimum quemque, i.e.
quem-

quemlibet ē numero millenario
etiam vilissimum, unde milites
Romani potissimum pedites voca-
bant.

*Quod puer ut novit tumulum conscen-
dit, & alta*

*Voce bovem clamans, longo rura omnia
visu*

*Prospicit, ut frustrā niti se comperit, arcū
Corripit & pharetram, sequiturque per
invataurum,*

*Illum per caulas, & per stabula omnia
quarens.*

*Per colles Benacētuos, per consita olivis
Fugera, per virides fici & vitibus agros.
Venerat ad sublimē jugum, quod sulfu-
ris arcem*

*Sustinet & tenuis aperit prospectib⁹ illinc
Benacum, hinc campos longe lateque
patentes.*

*Lux ea sacra fuit Petro, frondentē sub
ulmo, (vico,*

*Mixta erat ex omni pubes post prandia
Ducebat g̃loves buxo resonante choreas.*

*Fauſt, Rustica gens, nulla genus arte
domabile ſemper*

Irrequietū animal gaudet ſudore, peracto

*Mane sacro, festa (quando omnibus očia)
luce, (implet*

*Ipsa oči ac famis impatiens epulatur, &
Ingluviem, audito properat tibicine ad
ulnum,*

*Hic furit, hic saltu fortur bovis instar
ad auras.*

*Quam rastris verjaro nefas & vomero,
terram*

*Calcibus obduris & inertis mole fatigat,
Ac ferit & tota Baccho facit orgia luce,*

*75 Vociferans, ridens, saliens & pocula sic-
cans:*

*For. Stulte, quid hac faris? solatia ru-
stica dannas*

*Rusticus ipse? tuus malus es, tibi possumus
ipsi.*

*Faust. Dicta joco fuerint, nostrum repe-
tamus Amyntam.*

*Quod puer) Prosequitur historiam
Prospicere. aut argumentum cceptum. Prospic-
cere. rit) porro aspicit. Aeneid. i. Navem
in conspectu nullam treis littore*

*Ut. cervos prospicit errantes. Ut id
est, postquam. Per caulas, & per
stabula omnia querens. Per colles
Bonacettuos.) Non longe ergo distat,*

ita

ita ut de eo intelligi possit, quod dicit: Noster lacus &c. *Sulfuris arcem*) à sulfure denominatam. *Benacum*) qui ut Larius ex Alpibus augetur. *Sacra fuit Petro*) ad vincula (ut videtur) Kalendis Augusti *buxo*) i.e. fistula ex buxo. Maro: Tympana vos, buxusque vocat Berecynthia. *Ipsa oci ac*) Sic Maro in fine Geo. Ignobilis oci, pro ocii dixit: nam ut hīc ocii scribas, versus non patitur. *Bovis instar*) id est, in morem, quod Valla, (ut dixi) improbat. *Quam rastris*) scilicet in cœmiterio, aut alio loco sacro, aut area publica. *Facit orgia Baccho*) id est, celebrat bacchanalia. Orgia autem generaliter dicuntur omnia festa. *Calcibus*) à nominativo calces, sic enim scribendum præcipiunt, estque incerti generis. Virgil. Ferrata calce fatigat. alibi mas. leges. *Inerti mole*) id est, pondere corporis inertis. *Tibi pessimus ipsi*) Confessus enim fuerat suos amores, unde posset in eum dici illud Horatii: *Quām temerē in nosmet legem sancimus in quam?*

*Continuit gressum baculoque innixa
acerno.*

*Intermisit iter, donec mitesceret aestus.
Ah puer infelix, aestus te major in umbra
Corripiet. nudam videas ne in fons
Dianam,*

*Claude oculos, blandis non des Sirenibus
aurem.*

*Sors tua Narciso similis: Narcissus in
undis*

*Dum sedare sitim properat, sittit amplius.
at tu (ardes.*

*Exteriorem aestum fugiens, intrinsecus
Quam melius fuerat, nisi te sic fata
tulissent,*

*Ad reliquum rediisse picus, servasse ju-
vencas,*

*Amisisti bovis equo animo dispensia ferre
Quam dum conaris nil perdere, perdere
te ipsum?*

*Faust. Sed post jacturam quis non sapit?
utile non est*

*Consilium post facta dari, quod oportuit
antè.*

*Consilium post facta, imber post tempora
fringum.*

Con-

Continuit gressum) Reliqua prosequitur. *Baculo acerno*) ex acere arbore. Acer enim prima brevi, illius aceris secundum Priscianum, facit: Vnde acernus, a, um *Intermisit iter*) quod habuit ad inquirendum taurum. *Ah puer infelix*) acclamatio Fortunati. sic illic: Ah virgo infelix, quæ te de mentia cœpit? Nudam videoas ne in fonte Dianum, *clade oculos*) id est averte oculos tuos, ne videoas vanitatem, sed ad fabulam alludit: Actæon enim, *Actæon* quia Dianam prudens nudam vidit, à canibus disceptus est. *Blandis neu des Sirenibus aurem*) Nam Sirenes (ut ajunt) surda aure transire oportet, ut inquit divus Hieronymus: Fuerunt autem (auctore Servio in fine 3. *Æneidos*) tres in parte virgines; & in parte volucres, Acheloi fluminis & Calliopè musæ filiæ. Harum una voce, altera tibiis, tertia lyra canebat. Et primò juxta Pelorum in Capreis insulis habitaverunt, quæ illectos suo cantu, in naufragia deducebant. Secun-

cundum veritatem meretrices fuerunt, quæ transeuntes quoniam deducebant ad egestatē, hinc fictæ sunt inferre naufragia. Has Ulysses contemnendo deduxit ad mortem, hæc ille. Harum nomina dicuntur Parthenope, à qua quæ nunc Neapolis, i. e. nova urbs, dicitur, olim fuit denominata, Leucosia & Lygia. Dicuntur autē ab eo quod est επει, quod significat connectere & retinere, & aspiratio convertitur in S. Harum cantum ad Ulyssem transtulit. Cicero in carmine cuius principium est, O decus Argolicum, qui puppim flectis Ulysse &c. *Sors tua Narciso similis*) Is enim secundum Ovid. Metamorph. IIII. quum superbia formæ elatus cæteros contemneret, amore sui in fonte visi exarsit: & quum sui compoesse non posset, in margine languens, tandem in sui nominis florēm converti meruit. *Dum sedare sitim properat*) in fonte videlicet. *Sitit amplius*) amore sui illuc visi. *Infatum. trinsecus ardes*) æstu amoris, *Quam me-*

melius) id est, quanto. Sic Virg. in
 7. Tam magis illa tremens & tristib.
 effera flammis, Quam magis &c.
Nisi te sic fata tul.) Imputat satis, sed
 tamen immerito, ut legitur apud
 Au. Gellium l. 6. c. 2. Hei mei quid
 damnant mortales numina cæli?
 Esse ajunt etenim per nos mala,
 cum tamen ipsis Væcordi, præter
 fatum, sint mente dolores. Multi
 ergo fatis imputant. Juvenalis,
 Hunc ego fatis imputo. Et alibi,
 Fata regunt homines. & Manilius
 lib. 3. Fata quoque & vitas homi-
 num suspendit ab astris, Sic felix aut
 triste venit per singula fatum. Ve-
 rùm fatum varie accipi solet: ut-
 cunque tamen accipiatur, dicemus
 non imponere arbitrio necessita-
 tem, etiam si fata viam inveniunt.
*Consilium post facta est, inquit, imber
 post tempora frugum*) Bene ad suum
 institutum convertit, ne non rusti-
 cus putetur: ut autem Maro inquit,
 Dulcè satis humor.

**For. Una puellaros inter pulcherrima
 turmas**

Virgo

*Virgo erat, alba comas, aliis procerior,
annos*

*Nata quater quinos veb circiter, ore
nitenti,*

*Urbanis certare potens, & vincere
nymphis*

*Aureolis radians guttis ad tempora
limbus*

*Ibat & ad pectus clausum velamen abeno
100 Claviculo, medium fulgenti fibula ferro
Stringit in angustum, nova candicat
instita lapsu*

Linea rugoso, pedibusq; allabitur imis.

*Hanc puer ut vidit, perit, flamasque
tuendo*

*Hauxit & in pectus cacos absorbut ignes:
Ignes, qui nec aquis perimi potuere, nec
imbri*

*Diminui, neque graminibus, magisq; ve
susurris. (totus*

*Obliturq; greges & damna domestica,
Uritur, & noctes in luctum expendit*

ANTRAG.

*Sapè gravescentem verbis compescere
flammam*

*Nixus, & insanum juventis cohibere fa
rorem,*

Di-

*Dicebam, miserando puer, quis te Deus
istas*

*Misit in ambages? sed non Deus, immo
Satanum*

*Pessimus, ex illis quos noctibus atq; diebus
Ter tribus, in terras fama est ex aethere
lapsos.*

*Una puellares) Non attendens ad
interlocutionem Faustinam, pergit
Fortunatus, describens puellam,,
cujus amore exarsit. Nata quater
quinos id est, viginti, quæ ætas rusti-
cis uxorem ad laborem expertenti-
bus grata , qvum urbano junior
placeat, ut in Eunicho, Anniquot
se decim, flos ipse &c. Urbanis Nym-
phis) id est sponsis, aut puellis pro
nimphis habendis. Est autem dati-
vus more Virgiliano, Montibus in
nostris solus tibi certat Amyntas, id
est, tecum & cum nymphis : sed du-
rius additur, & vincere, cum sequa-
tur, nymphis. nam subaudire opor-
tet, eas. *Aureolis*) i.parùm aureis, si-
cut à luteo luteolum deduxit Maro. *Aureo
lis.*
Lymbus) id est, vestis oblonga. *Abe-* *Lymb9*
mo) id æreo. *clavicule*) id est, spintre. *Aheno**

Ful.

Fulgenti ferro) ex usu , aut arti-
ficio, aut æx eo quod album ferrum
vocant. *Stringit in angust.*) ut gra-
cilius habeatur : nam si qua est ha-
bitior paulo, pugilem esse a junct *No-*
Instita. *va instita linea*) id est, fascia annexa
stolæ. Sunt autem duo Epitheta
quæ latina lingua refugit, nisi divi-
sim construantur : sed tamen ha-
tolerantur, quia perinde est ac si di-
cat, *Instita nova ex lino*, quæ rufi-
cæ convenit : nam instita linea &
serica, stolæ matrimoniali congruit.
Allabitur imis pedibus) id est, ad imos
pedes defluit. Horatius sermonum
i. Nil medium est, sunt qui nolunt
tetigisse nisi illas, Quarum subsuta
talos tegat instita veste. Est autem
instita tenuissima fasciola, quæ præ-
texta dicitur, ut inquit Acron ad di-
ctum locum. *Lapsu rugoso*) id est, in-
plicas contracto. *Hanc puer ut videt,*
periit) Maro, Ut vidi, ut peri, ut me
malus abstulit error. *flammasq; tuen-
do*) id est, inspicio, hic activè ac-
cipitur. *Ignes*) bona & artificiosa re-
petitio. *Qui nec aquis &c.*) unde
ædi-

ædituus apud Gellium lib. 19. capite
 9. Quid faculam præfers phyliros,
 quæ nil opus nobis? Ibiimus, hîc lu-
 cet pectore flamma satis. Istam non
 potis est vis fæva extinguere venti,
 Aut imber cælo candidus præcipi-
 tans. Ac contra hunc ignem Vene-
 ris, nisi si Venus ipsa, Nulla est quæ
 possit vis alia opprimere, &cæ. Neg.
 graminibus) Id conqueritur Apollo
 ad Nalonem, Hei mihi quòd nullus
 amor est medicabilis herbis. Magi-
 cisve susurris) id est, incantationibus, Susuris
 quæ obscurè remordente conscién-
 tia proferuntur. Quis te Deus) ex
 veteri consuetudine interrogandi:
 nam hodie, cùm unum credimus
 Deum, inepta esset, nisi abusivè, ut
 dixi, ex poëtico more inferos dica-
 mus deos, & amorem aut virtutes
 & vitia. In istas ambages) id est, inex-
 tricabiles errores. Sed non Deus) Cor-
 rigit ergo quod dixerat, Deus: im-
 mó, inquit, Satanum pessimus) à no-
 minativo Satan, hujus satános, sicut
 Titan titanos, Pæan pæanos: pec-
 cant ergo quietiam satanas satanæ

E

me.

Ambar-
ges.

Satanū.

media brevi proferunt. Ter trib
id est, novem noctibus & totide
diebus, ex novem choris Angel
rum.

Dic agè, si nosti quenquam, reminisci
si quem

Videris hoc pacto ditescere, surgere
altum, (aceri

a) Dilatere domum, majoribus horum
Completere his studiis, extendere Latin
agros.

Multiplicare greges, acquirere pasc
babns.

Inter tot populos, quot habet latissim
tellus,

Sunt qui nostra forant mensis epuland
cruentis (artus

Corpora & humanos absumunt dentibi
Sunt, inquam, quos tanta malis tot vexi

Erinnys,

Sed nullum est tam immane genus, tan
barbara nusquam

Gens, qua fæmincos non excaretur amore
Hinc veniunt rixa, veniunt & jurgi

& arma,

Sape etiam dira multo cum sanguini
mortes.

Hinc

*Hinc quoq; deletis eversa mænibus urbes
 Ipsa etiam leges, rubrisq; volumina loris
 Clausa, votat scelus hoc, & detestantur
 amores.*

*Leges audiunt, ad hac respondit it
 Amyntas:*

*Civis enim fuerat puer, diversatus
 in urbe*

*Nis monitis prudens, & circumspectus
 haberi*

*Niteris, & sensu tecnicos anteire Catones.
 Error hic, hac passim sapiens dementia
 regnat,*

*Ipse sibi blanditur homo, sollersq; putari
 Vult animal, tamen incutio sibi multa
 tetendit*

*Retia, & in foveam cecidit quam fecerat
 ante. (ipse,*

*Daber erat, servile jugum sibi condidit
 Pondus id est legum, (vidi ipse volumina)-
 quas nec*

*Andis qui potuere patres, nec possumus ipsi,
 Nec servare etas poterit ventura nepo-
 tum.*

*Ajpicie quam stulta est horzinum pruden-
 tia, calum*

Sperat, & esse sibi sedē inter sidera credit.

*For sit ap in volucrem moriens transire,
Et altum.*

*Spiritus assumptis tranabat ad ethera
pennis.*

*Tunc ego quid latraq? legum Deus auctor
Et ipsis.*

*Non parere, sapit magnam nimis impie-
tatem.*

*Faust. Grandia de magnis hac sunt exer-
taminareibus.*

*150 For. Quid fuerim roris? quamvis pen-
nosus Et asper*

*Sim modo, tunc animo, tunc vi, tunc ore
valebam,*

*Nec mihi sefa alius poterat compondere
pastor.*

*Faust. Nunc quoque si rectus umlu
gradiare supino,*

Alter eris Marq, raso ore videbere Carbo.

*For. Talia respondit sic objurgatus
Amyntas:*

*Facto homini Deus invidit, concessa
voluptas*

*Visa bonum nimis excellens, Et vota
repressit (capistro,*

*Legibus inventis, ut equi ligat ora
Ne quocunq; libet, flectat vestigia seffor.*

Qua

*Qua mea sit, me cogit amor, sententia
fari,*

*Liberaque ora facit: qui non commun-
cat usum.*

*Conjugis, invidus est, livorem excusat
honestas,*

Introducta usu longi livoris iniquo.

*Nam dum quisque sibi retinet suagaudia
nec vult*

*Publica, communis mos ac longevus
honestas.*

*Factus, & hunc morem fecit dementia
legem. (ptas.*

*Invida res amor est, res invidiosa volta.
Tunc ego non audens hominem contem-
dere contra*

Amplius, insano rediens amante recessi.

*Faust. Cernis ut hic malus affectus sic
lumina mentis*

*Claudat, in errores ut sponte feramur
apertos?*

*For. Cernis ut à summo liventia nubila
Baldo*

*Se agglomorent? oritur grando, ne forte
vagantes*

*Tempesta deprehendat oves, discedere
tempus.* 174

Dic age) Progreditur in detestati-
onem amorum, quo illum avertat:
facitque id quasi satyricè, docens
nullum ex amoribus emolumen-
tum, nullumq; per eos ditescere.

Sunt qui nostra ferant) Tyranni qui
sanguinem & sudorem pauperum
absument, aut ad Cyclopas & Læ-
strygonas aspexit, aut ad ægyptios
à lunenale damnatos: sed verius
ad avaros, qui quicquid pauperes
sudore pariunt, devorant. *Eversæ
urbes*) ut Troia & aliæ (ut Horatius
i. sermo. *sentit*) multæ: Nam fuit
aute Helenam cumnus teterima
belli Caussa, sed ignotis perierunt
mortibus illi, Quos Venerem in-
certam rapientes more ferarum,
Viribus editior cædebat, ut in grege
taurus. *Tetricos*) severos & rigi-
dos, à tetricis montibus asperis.

Anteiro) collisio est, sicut in deinde,
proinde, deesse fieri solet. *Catones*)
duo nominativi sunt severissimi,
major ille Censorius & minor Ut-
icensis. *Ipse etiam leges*) ut lex divi-
na, Non mœchaberis; lex huma-
na,

Catōes
duo.

ia, ut lex Iulia in adulteros, de qua
 uenal, Lex Iulia dormis? &cæ.
Quae nec antiquis potuere patres) Sic
 leatus Petrus Acto. 15. Nunc ergo
 quid tenratis Deum imponere ju-
 dum super cervices discipulorum,
 quod neque nos, neque partes no-
 tri potare potuimus? *Sapientia de-*
nentia) bona implicatio, sicut apud
 uive. Inter Socraticos notissima fos-
 a cinædos, cum nihil sit magis re-
 sognas quam Socraticum & cinæ-
 um esse: sed ut in prologo Andri-
 : dicitur, Multi faciunt næ intelli-
 endo, ut nihil intelligent. Viden-
 ur ergo sibi sapientes cum sint de-
 nentes, iniquam in se ferentes le-
 em. Horatius, quam temerè in nos-
 net legem sancimus iniquam?
Quam fecerat antè) Sic David, Inci-
 it infoveam quam fecit. *Forsitan*
volucrem) Tanta est amantibus
 nsania, ut etiam quæ fidei sunt irri-
 leant: graphicè ergo docet, quam
 ion sit sui compos quisquis amat.
randia de magnis) Ne decori perso-
 larum immemor videator poëta:

videtur eīm altior hæc disputatio,
quām ut rusticis conveniat. Inducit alterū interloquentem quasi
minus habeat fidei : unde Fortunatus (more senum, qui selau-
dant & sua tempora, ut Nestor
apud Homerum, unde Flaccus in
arte, Laudator temporis acti Se pu-
ero) dicit in adolescentia se fuisse
præstanti ingenio, & prudentia ma-
gna præditum, *Quid fuerim re-
ris?* id est, arbitraris? quamvis pan-
nosus) id est, veste multis panniculis
consuta & crasso panno. *& asper sim-
modi* id est, pannis annisq; obsitus,
ut inquit Comicus. Nunc quoque
si rectus vultu gradiare supino, *Al-
ter eris Marius*) Qui procerus erat,
&, ut Appianus docet, vultu seve-
ro, qui ex vultū diritate cū nihil
loqueretur satis proferre visus,
quām ingentem machinaretur
cædæm. Papirius autem Carbo,
illa tempestate, qua cum juniori
Graccho conspirabat, ad huc juve-
nis seu imberbis erat: unde ait, ra-
so orc vedebere Carbo, alludens, ni
fal-

Reris
Panno-
sus

Carbo

fallor, ad Carbonem, quo nihil nigrus. *Ut equi ligat ora capistro fessor*) id est, qui infidet equo. *Me cogit amor*) Non ergo sui juris aut liberum se fatetur, sed amore coactum.

Qui non communicat usum Conjugis, invidus est) Vult, errore & hæresi Nicolaitarum, etiam conjuges debere communes esse, et per invidiam suam cuique datam, & legem juliam in adulteros latam, quæ res, quia honesta visa, livorem excusat honestas. Honestatem autem introduxit longus, iniquus, inquit, usus, quæomnia sunt, ab insano & demente amatore dicta: unde quam vidi, non maritali affectione amavit. *Invida res amor est*) id est, invidere faciens, quia nec regna par tem, nec ferre Venus potest. *Liventia*) subnigra & densa, à livore qui est macula plumbei coloris ex compressu facta. Tibull. Tum succos herbasque dedi, quis livor abiret, Quem facit impresso mutua dente Venus. Et quia talem invidi contrahunt colorem, ideo lividi

dicuntur, & livor invidia. *Baldo*,
id est, à monte vicino. est autem
futuræ Ecloges parasceve, id est,
præparatio.

ECLOGA III.

*De insani amoris exitu infe-
lici inscripta.*

AMYN T A S.

Colloquatores.

FAUSTUS & FORTUNATUS.

Fausto. *I*lla hesterna ruens Baldi de vertice
grandio,
Fortunate, fuit nobis innoxia divis
Gratia nostrarum quibus est custodia
frugum.
Sed veluti ex illis veniens ait Harculus
oris, (sic est
Veronensem agrum, pecudes, & ovilia
Demolita, casas & pastoralia tecta
Sic evertit ut agricolis spes nulla supersit:
Agricolis etonim pecus est substantia &
arva
His subjecta malis, grandis thesaurus
in area

Cs-

*Civibus est, quem nulla queat contundere
grando,*

Nulla pruina, gelu nullum, nulla aëris ira.

*Nescio quis ventos tempestatesque gu-
bernat. (ausim)*

*Id scio, sed neg, si scio; sat scio: sed tamen,
Dicere, quid? vitane ideo mulctabor in
ipsa?*

*Numina si, ut perhibent, orbem mode-
rantur ab alto,*

Extimo nil duros hominū curare labores,

Aspice quo tenuem viētū sudore param⁹,

*Quot mala pro grege, pro natis, pro con-
juge pastor*

*Fert miser, infestis aestate caloribus ardet,
Frigoribus riget hybernis, dormimus ad
imbrem*

*Ceribus in duris, vel humi contagia mille,
Mille premunt morbi pecudes, discrimina
mille*

*Sollicitant, latro insidias intentat ovili,
Atq, lupus milesq, lupo furacior omni,
Ut manus assiduo detrita incalluit usu,
Squalluit os, barba obriguit, cutis uruit
aftu,*

*Una repente rapit omnia turbine
grando.*

Hoc

*Hoc superi faciunt, quibus inclinamus
ad aras,
carea/ Et quibus offerimus faculas & chorae
vota.*

*Nescio que pietas & qua clementia tantis,
Cladibus involvat pastores omnium ego-
nos.*

Illa hesterna ruens) Facto ex e-
ventu pastoribus colloquio, profe-
quitur Fortunatus infelices amo-
res Amyntæ. Stylus, quia pasto-
ralis, facilimus est: quo circa bre-
vissimus ero. *Illa grando hesterna*)
hujus meminit in fine præcedentis
Eclogæ. *de vertice*) id est summi-
Vertex. tate. Vertex enim dicitur sum-
mitas, à qua vertendum est cùm
altius ire nequeas, ut in capite &
Baldus monte. *Baldus* mons est. *Divis*)
Divis. id est, sanctis. *Harculus*) rusticino-
Harcu- men, quasi bonus cultor, aut arvi-
lus. *cola*, aut retiarius ἄρκυς enim dicitur
rete. *Démolita*) id est, dejecit, pro-
stravit, calamitatem inferendo. *Ca-
sas*) tuguria pastoralia, & pro id est
pastoralia tecta. *Agricolas etenim*)
Ordo est, Etenim substantia, id est,
pos-

posseſſio & peculium eſt agricolis
pecuſ & arva. *Nulla aëris ira*) id eſt,
tempeſtates, quiaſi ab irato Iove, qui
& aër dicitur, illatæ. *Nefcio quis, &c.*)
rustice id dicit, ſed graphice. Sunt
enim rustici impatiētes calamitatis, ita ut in proverbio ſit, *Qui ſua
amittit & ſenſus amittit.* Unde &
Æneas amissa conjuge (quam
quam ſummuſ alioqui deorum
cultor) ait Æneida. 2. *Quem non
incuſavi amens hominumque
Deumque?* aut quid in eversa vidi
crudelius urbe? Et in Bucolicis
amifſo nato, *Atque Deos atq; aſtra
vocat crudelia mater.* *Vitane ideo
mulctabor in ipſa?* id, anne ob id vi-
vens puniar? Id quoque de more
rusticano: nam illis durum non
videtur, quod diſfertur malum, ut-
pote poſt fata. *Numina ſi ut perhibent*)
Epicurei enim negabant, unde Ma-
ro in Buc. Nec curare Deum cre-
dis mortalia quenquam. Lucr. Nec
benē pro meritis capitur nec tangi-
tur ira. Horat. primo ſer. Credat
Judæus apella, Non ego; namque *Apella*
di-

didici securum agere ævum. Ju-
dæum vocat apellant, id est, sine
pelle præputii, hoc est, circumci-
sum. Securum ævum, id est, seor-
sum à cura mortalium. Unde Epi-
curus jactabat se levasse genus hu-
manum duobus summe malis, ine-
tu & superstitione deorum. Metu
quidem, quia dixit unum esse spiri-
tus humani & belluini interitum, &
ita nō esse metuenda quæ post mor-
tem eueniunt: & superstitione, id
est, anxia religione, cùm dii non
curent mortalia, sed utrunque isti-
pium & scelestum est, omnem pie-
tatem & religionem destruens. ***Ex-***
Extimo timo) pro existimo, id est, censeo &
 judico, per x plurimi scribunt:
Aestimo ***Aestimo*** autem, id est, æris pretium
 constituo & liceor, per æ & st
 Discrimina) id est, pericula. ***Milesq;***
mina. ***Lupo furacior***) miles dicitur, quicun-
Miles. que stipendum belli gratia suscipit.
Grado ***Una grando***) una calamitas, quæ di-
 cta est quòd calamos, id est, culmos
 segetum terit: est autem in sermo-
 ne multiplex pathos. ***Quibus incli-***
na-

namur.) adorando & sacrificando
nutu Sic Hiarbas Aeneid. 4. Dicitur
ante aras media inter numina di-
vum. Multa Jovem manibus sup-
plex orasse supinis. Et infra, Nos
munera templis, Quippe tuis feri-
mus famamque fovemus inanem.
Incalluit) id est, callum. hoc est, tu-
morem & duritiem induit. *Pastores*
omnium egenos) Aeneid. primo, Omni-
bus exhaustos jam casibus, omni-
um egenos.

Faust. Fortunate, scelus nobis hac omnia
nostrum

Ingerit, etherei sententia iudicis aqua est.

For. Quod scelus? an fuimus Christi vi-
tae insidiati?

Faust. Jurgia, furtæ, ira, Venus, &
mendacia, rixa.

For. Quid meruere boni? nec enim sce-
lus obruit omnes.

Et tamen una omnes pariter pessimas
Erinnys.

Faust. Heu nescio male de superis senti-
re, nefandum.

Hic igitur, qua scire nefas, noscire ne-
cessum est,

Post

*Posthabitus, curas iterum repetamus
Amynta.*

Quas sumus experti, quas ignorare negatum est.

Res vulgaris amor, studium commune juvenae.

For. Mæror & affectus alii de cardine mentem

Sapè levant, animo sermō venit ager ab agro.

Faust. Intellecta licet pro re, pro tempore fari,

(Sic habitus Cosmas sapiens) incognita nunquam.

For. Faustus sapi? notos igitur repetamus amores:

Restat Amynteos postrema in fata furores

Dicere, & in misero lachrymas impendere casu.

Fortunato, &c.) Ne approbanda videatur sententia Fortunati, castigat eum Faustus, dicens illud notum verbum, Omnia mala quæ patimur, peccata nostra meruere. Etherci sententia judicis aqua. Augustinus enim docet occulta quidem

dem esse interdum divina consilia,
sed tamen nunquam injusta. Hoc
Maro. Aeneid. 6. Aut æquus ama-
vit Juppiter, & 10. Aeneid. Rex Jup-
piter omnibus idem. *Quod scelus.*)
Graphicè exprimit rusticorum op-
inionem, qui se se infontes putant,
dum capitalibus criminibus va-
cant. Respondet autem Faustus,
Quæris quod scelus? *Jurgia*) id est,
contentiones, quæ frequentes inter-
rusticos sunt: unde pro magno bo-
no duxit Maro septem, dicens:
Hinc tibi quæ semper vicino ab li-
mite sepes, &c. *Venus*) id est, luxu-
ria canis. *Quid meruere boni?*) Non
respondet ad hoc Faustus, aut quia
festinat ad narrationem exitus
amorum Amyntæ, aut quia non
decuit rusticum, quæ Theologo-
rum sunt, enodare: unde dicit ne-
fas esse de factis Dei inquirere. Satis
enim esse debet, quia Deus ita vult,
qui nihil injustum velle potest ideo-
que ubi divina est præceptio, nulla
debet esse percunctatio, ut Abra-
ham nobis præclare ostendit, di-

cente D. Augustino. Nam filium non dubitavit mactare, in quo tamen propaginis promissionem acceperat. At si quæras cur boni cùm malis puniantur, dicetur, tantum temporaliter puniri bonos, ut plus mereantur, malos autem ad vindictam : & ita pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus, mors autem peccatorum pessima.

Nescire necesse est *h*altiora te ne quæsieris. Mitte arcana Dei, &c. *Posthabitum*) id est, prætermissis aut minoris habitis, ut, Posthabui tamen illorum mea seria ludo, &, posthabita coluisse Samo.

Quas.) id est, cujusmodi sumus experti : quia hoc commune malum, Semel insanivimus omnes.

Cardine.) id est, affectus alii) id est, affectiones & passiones, & perturbationes. *De cardine*) id est, de stabilitate. *Sapé levant*) id est, movent. *Animo sermo venit ager ab agro*) quia ex abundantia cordis os loquitur: unde Flaccus in arte, Format enim natura prius nos intus ad omnem Fortunatorum habi-

bitum, juvat aut impellit ad iram,
 Aut ad humum mærore gravi
 deducit & angit, Post effert animi
 motus interprete lingua. *Sic habitus*
Cosmas sapiens) Cosmas, ut opinor, *cosmas*
Medices, Florentinus ille ditissimus Medi-
 & memoratissimus, pater Lauren- ces.
 tii & avus Petri Medicis h̄c intelli-
 gitur. *In postrema*) id est, in ultima,
fata) id est, mortem usque. *Impen-*
dere) id est, impertiri. *In misero casu*)
 id est, infelici exitu.

Prateriens illac parva post tempore,
rursum
Insanire hominem video, & miseratus
amantem,
O iterum, dixi, mens inconsulta, veneno
Ebria fatali, populo jam fabula factus,
Non resipisci adhuc? & adhuc in amore
sepultus,
Tu rapis atque tuos, pecus atque mapalia
tecum,
It quondam marians repuit faciem omnia
Sampson?
Quum senio curvatus eris, si ferre semer-
etiam.

Fata tibi dederint, quis sustentabit inertem,
Somnolentum, inopem, cum jam defecerit omne
Robur & ingenium, sensusq; recesserit omnis?
Hac tibi cuncta feret, nisi mors præverit, atas
Esto domi, vigila, observa: super omnia semper
Prospicè quo tendas, & quo venisse dolendum est
Ire cave, discerne vias, hominemque memento
Non ad delicias, non ad muliebria natum
Blandimenta, levi tam perniciofa juvente.
Ipse ego, cui pecudes, cui lac cui caseus,
agre
Vitam ago: tanta agros omnes invasit
egefas,
Tot duri rerū eventus, incommoda pasim
Tanta, tot adversis totus convolvitur orbis.

Illac.

Prat eriens illac) Principium narrationis. Illac) i. per locum illum,
ubi dixi Amyntam amore languentem jacere. Parvo post tempore) sic
Ma-

Maro, respexit tamen ut multo post tempore venit. Unde post & ante Post & gratia excessus ablativum regunt ante. cum suo, si volumus, casu, & post dictam diem parvo tempore: sine autem casuali videntur abverbia, ut posteà & anteà. *O iterum*) bonus est versus, quia in principio carminis monosyllaba vocalia non subjiciuntur, ut ô utinam, ô ego: neque corripiuntur, sicut interdum in medio, ut in Buc. Te Corydon ô Alexi, trahit sua quenque voluptas.

Mens inconsulta) id est, imprudens, Inconsulta, cui nihil est consilii aut pensi. Capturatur enim inconsultus passim pro eo, cui non est datum consilium, ut Æneidos tertio, Inconsulti abeunt sedemque odere Sybillæ. Et tamen inconsulti videntur, qui consilium dant, sed revera qui consuluntur saepè, id est, à quibus prudentibus consilium petitur. Unde non solum jurisconsultus, sed etiam jure-consultus dicitur, quasi in jure aut de jure. *Veneno ebria fatali*) id est, amore ad fata, i.e. mortem ducente.

Prl.

Irecac.

Non ad di
Blandimen
Ipse ego sui

Viam agor:

Tot duri rerū e
Tanta, tot adve
orbis.

Prat ericis illuc
rationis. Illac) i
ubidixi Amynca
nū jacere. Parv

deorum continua regna
 vivere. Et natura de-
 plebat, id est, non
 acenim natura ex-
 mors merita, id est, ut
 remediorum
 futur, concessa his
 olentiam, qua ex
 su contingere posse
 s'cangit Maro En-
 t'ra quoniam
 d'c'nt'ra. Sed
 continuat
 ntam ha-
 ntæ dicit,
 capti sunt
 u'umentum
 (n auditam)
 dita: unde
 oculatus te-
 sid est, unus
 iam decem
 sumno toton-
 entur. Sexa-
 ras. Mittere
 n Bucol. Au-
 cras altera
 mit-

Est enim amor venenum quod per venas it, unde, Vulnus alit venis: nec tamen fato imputandum, sed nobis. Unde divus Augustinus semper illud, Ego dixi, miserere mei, sana animam meam quia peccavi tibi, ait, Ego peccavi non fatum, non fortuna, de hoc tamen plura jam diximus. *populo jam fabula facta:* quia ordo est, factus jam populo fabula. *Resipiscis*) id est, iterum sapis, & ad sapientiam redis. *Pecus atq; mapalia*) id est, casas & cau-
las. Dicuntur etiam sic à Virgi. Ut raris habitata mapallia vivil: & magalia, sed prima longa, ut Æneid. i. Miratur molem Æneas magalia quondam. *Rapuit secum omnia Sampson*) ut Judicum 16. latè describi-
tur, nota est historia. *Senectam fati tibi dederint*) qui enim, ut Seneca dicit, ad extremum fati pervene-
rit, senex morietur. Posuerunt antiqui multiplicem mortem: ut fa-
talem, quæ quatuor cursus satur-
ninos explebat, id est, centum vi-
ginti annos, ultra quos fata,
id

id est, deorum constituta negabant posse vivere. Et naturalem , quæ tres explebat, id est, nonaginta annos, tunc enim natura deficit : diciturque mors merita , id est, pro merito, in remedium tot malorum, quæ sequantur, concessa. Et fortuitam ac violentiam , quæ etiam in primo cursu contingere possunt, quas omnes tangit Maro Ænei. 4. ad finem, Nam quia nec fato, merita nec morte peribat. Sed misera ante diem, subitoque accensa furore. *Hæc tibi cuncta ferent*) Unde Flac. in arte, Multa ferunt anni venientes commoda secum , Multa recedentes adimunt. De incommo-
dis senectæ vide Juvenalis saty. 10. in qua dicit, Sed quam continuis & quantis longa senectus Plena ma-
lis? *Prospice quo tendas*) id est, ad quem statum. Persius, Est aliquid quo tendis? *Et quo*) i. ad quem sta-
tum. Ordo est, & cave ire eò , quo
venisse dolendum est. *Esto domi*) aut simpliciter dicit, aut quod Persi.

Tecum habita, ut noris quām sit tibi curta supellex. *Levi*) id est, facili & inconstanti. *Te duri rerum eventus*) Licet, ut Valla docet, in plurali frequentius dicatur eventa genere neu, tamen etiam *eventus* legimus, ut *Æne.* 6. Gæcosque volutat *eventus*.

Accipe rem non auditam, non tempore factam

Praterito, sed quam lux hæc mihi protulit ipsi:

Ut mos, autumno pecudas crescente totundi,

*Mane foro exposui lana venalia pondo
Sexaginta: hodie grande æs conflaro
putabam,*

*Vix vitæ gregis eduxi, vix pabula possum
Mercari hybernis nivibus, quo cetera
paecto*

*Sit victura damus nondum mihi constat
Amynta*

*Quisquis amat, domina munuscula mit-
tat oportet*

*Tu vero, cui vix noctum fortuna reliquit,
Sub quo luce habitat, sub quo pernoctat
egestas,*

Quid

*Quid poteris cupida gratum donare
puella?*

*Mittere mala decem satis esse solebat
amanti.*

*Purpurei flores, & raptus ab arbore nid₉, us/
Gramen odoriferum, memini quo tempore
magna*

*Credebantur opes, ventum est à gramine
ad aurum.*

*Regia res amor est, hac tempestate recessit
Mos vetus, & quædam mala lex inolevit
amandi.*

Accipe rem non auditam) Continuat sermonem, quem ad Amyntam habuit, in quo quod Amyntæ dicit, omnibus dicit, qui simili capti sunt morbo: recitat ergo argumentum pro re excogitatum: Non auditam) quia falsa sunt sæpè audita: unde Plaut. Plus valet unus oculatus testis, quam auriti decem, id est, unus qui se vidisse dicat, quam decem qui audivisse dicant. Autumno totundi) alibi in Majo tontentur. Sexaginta pondo) id est, libras. Mittere mala decem) Virgilius in Bucol. Aurea mala decem misi, cras altera

mittam. *Purpurei flores*) Idem, Tibi
lilia plenis. Ecce ferunt nymphæ
calathis: sed id amasti poëtæ uberius dicunt. *Eruptus ab arbore nidus*)
Idem, parta meæ Veneri sunt munera: namque notavi Ipse locum,
aëriæ quo concessere palumbes.
Gramen odoriferum) Idem, Dum casia atq; aliis intexens suavibus herbis.
Mollia luteola spargit vaccinia caltha. *Credebantur opes*) unde, Qui
potuit violas addere, dives erat. *A gramine ad aurum*) Ovid. Melius nunc
omnem in auro est. *Regi ares*) id est,
regalis, quod potius dicerem: sed
tamen & morbum regium vocant,
qui regalem expetit sumptum. *Hac
tempestate*) hoc tempore turbulentio.

*Talia suadenti torvo mihi restulit ore:
Si cupis optatam mihi, Fortunate, salutem,*

*Da quod amo, nostro hac una est medica-
na dolori.*

Cetera quam memoras mihi sunt tormenta, revelli (*image*

Ex animo furer iste nequit, mea pectora

Vir-

Virginis obscedit, mecum est, mecum itq;
reditq;

Excubat & dormit mecum, caput, ossa,
medullas,

Cor complexa, potest cum sola excedere
vita.

Ac veluti quoties aliena ex arbore secto
Surculus inseritur truncō, natura duo-
rum (virga:

Jungitur, & mixto coalescit corpore
Sic domina dilecta mihi se immersit
imago, (unum

Et fecit duo corda unum, duo traxit in-
Pectora, sensus inest nobis & spiritus ei
idem.

O me felicem, sicūm mea fatā vocabunt,
In gremio dulcīq; sinu, niveisq; tacertis,
Saltem animo caput hoc languens abeun-
te jaceret :

Illa sua nobis morientia lumina dextra
Clauderet, & tristifleret mea fūera voce,
Sive ad felices vadā post funera campos,
Seu ferar ardenter rapidi Phlegontis
ad undam.

Nec sine te felix ero, nec tecum miser
unquam. (decentes

O Dryades, florūque dea, nymphaque
One

O nemorum Sylvane pater, servate pre-
camur,

Collibus in vestris, gelidisq; in vallis
omne

Sylvarum rurisq; decus, circundate saltus
Sepibus, & prohibete pecus ne floribus
obfit.

Ista, precor, dominae servate in funera
nostræ.

Tunc omnis spargatur humus, redolentia
sera.

Texite, quæ contra tumulum, supraque
jacentem

Componantur, heram: tristes ad busta
puellæ

Pierides aderunt, & lamentabile carmen
Ore canent madido, signataq; verba re-
lquent

Ista sepultura, relegenda nepotibus olim.
Hic tegitur virgo, cui nil, quin diva
vocari

Debuerit, deerat, nisi dura fuisse
amanti,

Talia fundenti) Recitat respon-
sum miserè amantis, solam puel-
lam deoscentis, ut Charinus Te-
rentianus: Nihil aliud volo nisi phi-
lo-

Iomela. Benè dicit svadenti & non
persuadenti, quia nihil efficit. *Furor*
est) id est, quem tu commemorasti,
& dixisti in me esse. *Excubat*) id est,
excubias agit, hoc est, vigilat me-
cum. *Æneid* 4. Illum absens absen-
tem auditque videtque. Id quoque
Phædria optat sibi à Thaide fieri in
Eunuc. Me ames, me desideres,
me somnies, me expectes, de me
cogites, me speres, me te oblectes,
mecum tota sis, &c. *Caput*) unde
furor in amante. *Ossa medullas*) *Æne.*
4. Est mollis flamma medullas, In-
teriā, & tacitum vivit sub pectore
vulnus: unde hīc addit, Cor com-
plexa hinc enim dicitur cura, quod *Cura*:
cor urit. *Surculus*) id est, insita quæ *surcu-*
pullulat virgula. *Duo corda unum*) *lus.*
unde Corinth. 6. Et erunt duo in
carne una. Hic autem non ex re,
sed ex affectione dicitur, quia non-
dum ad hæsit: qui autem adhæret
(ut ibidem dicitur) meretrici, u-
num corpus efficitur. *Et spiritus*) id
est, animus, quia Græcē ἀνέμος spi-
ritus seu ventus dicitur. *O me felis-
cem*)

cem) graphicè exprimit affectio-
nem misere amantis, cui dulce vi-
detur in complexu amatæ mori.
Virgil. in Buc. Hic ipso tecum con-
sumerer ævo *Illasua nobis, &c.*) Ex
Tibullo verò sumptus locus, aut ex
epistolis Ovidii, Tristi voce nænias
canendo. *Sive ad felices campos*) i.e. ly-
sios, de quibus Aenei. 6. Devenere
locos & amœna vireta Fortunato-
rum nemorum, sedesq; beatas &c.
Hos paradysum vocamus. *Phlego-*
ton fluvius infernalis ab ordore di-
ctus. *Nec sine te felix ero, natecum mi-*
sfer unquam) Ex affectione, ut dixi,
loquitur, non ex debito consilio: ita
que non est putandum eam esse po-
ëtæ mentem. Quod dico propter
imperitos, qui non discernentes
quando ex sua sententia, & quando
ex alterius introducti loqvuntur
poëtæ, indifferenter citant, quasi ita
senserint. Maro autem sentit etiam
amores perdurare post fata; unde ait
in eodem 6. Curæ non ipsæ in mor-
te relinqunt. Quin putavit eas-
dem permanere affectiones dicens,

Quæ

Elysium.

Phlego-
ton.

Quæ gratia currūm armorumque
fuit vivis, quæ cura nitenteis Pasce-
re equos, eadem sequitur tellure
repostos, Juxta quod dictum est,
Qualem te in venio, talem te judico.
Et ita, quia æterna est damnatis
peccandi libido, (non enim immu-
tari possunt) meritò est æternum
supplicium. Sed ad rusticum rede-
amus Amyntam, cui insanus amor
non persuasit, quod prophetæ di-
vinitus persuasum erat, dicenti,
Non avertas faciem tuam à me, &
similis ero descendantibus in la-
cum. *O Dryades*) id est nymphæ ar- Drya-
borum, & præcipue quercuum, des.
quia d̄ps d̄ps, id est, drys hujus
dryos, quercus dicitur. *Florumq.*)
quæ Napeæ dicuntur. *Nymphæ que*) Napeæ
scilicet aliarum rerum, ut moni- Orea-
tum quæ Oreades, & fluminum des.
quæ Naiades dicuntur, & marium
quæ Nereides, & arborum quoque
quæ hamadryades. *O nemorum Syl-
vane pater*) unde à sylvis denomi-
natus. Hic quoque advenisse di-
citur ad Gallum amore pereuntem,
à Virgil in Bucol. Ve-

Venit & agresti capit̄is Silvanus
honore.

Florentes ferulas, & grandia lilia
quassant.

Unde dicit, Seruate precamur, quia
Nymphæ amare & amari solent.
Servate inquit decus) id est, ornatum
florum & herbarum. *ne floribus ob-*
fit) Virgil. Georgi. 4. Nec oves hœ-
dive petulci Floribus insultent, aut
errans bucula campo Décutiat ro-
rem, & surgentes atterat herbas.
Ista id est, vestra dona. *domina nostra*)
sic enim et Græci & latini & Barba-
ri uxores vocant: unde Maro in di-
ris; Quod mea non mecum domi-
na est. *Circa tumulum.*) Credebant
Sepul- chrum. eñi in veteri superstitione beatas
leve. animas, quarum opera molliter re-
quiescerent: unde Persius, Nunc
non cinis ille poëtæ? Felix non levior
cyppus nunc imprimis ossa? Laudent covivæ, nunc non è ma-
nibus illis. Nunc non è tumulo,
fortunataque favilla Nascentur vi-
olæ? Et Juvenal. Dii majorum um-
bris tenuem, & sine pondere ter-
ram

ram, Spirantesque crocos & in ur-
na perpetuum ver, Qui præcepto-
rem sancti voluere parentis Esse lo-
co. Et Maritalis, Sit tibi terra levis,
mollique tegaris arena, Et fit hu-
mus cineri non onerosa tuo. Con-
trá interpretatur Tibullus, O tu
qui venerem docuisti vendere pri-
mus, Quisquis es, intelix urgeat ossa
lapis. *Tristes ad busta puellæ Pierides*) i.
musæ , juvenalis, Pierides , profit
mihi vos dixisse puellas. Bustum di-
citur quasi beneustum, locus ubi
urna condebatur: urna autem ab
arendo dicta, quod ustorum tene-
ret cineres. Ideo autem Romani,
qui tunc ut nunc faciunt, terra
condere solebant corpora defun-
ctorum, cœperant ea concremare,
quia per bella & invidiam eruta vi-
debant aliquando ossa : diversita-
tem tamen hanc ex philosophis or-
tam putant, ut qui ex terra potissi-
mum sumpta putarent, terræ man-
darent corpora : qui ex igne & igni,
&c. *Lamentabile car.*) Næniam fune-
brem, aut corpore nondum sepulto

epicædion, & eo sepulto epitaphion.
In Daphnide autem dicit Maro, Et
tumulo superaddite carmen. Rele-
genda nepotibus) id est, minoribus
aut posteris.

*O Virgo, si te tantus consumeret amor,
Per centum Scyllas ad te per mille Cha-
rybdes*

*Tranarem latus opem: tu sevior hydra,
Me fugis, at culpa nihil est in virgine,
nam me*

*Nescit adhuc, si sciret enim, succurreret
ultrò. ! vultu,*

*Nec puto sub miti tam ferrea pectora
Signa tamen vultus fallacia: sub cuncte
mollie.*

*Mens fera, sub blanda sunt corda im-
mania fronte.*

*Alloquar, & faciam nostros intelligat
ignes.*

*Sit tamen illa meos vultus avorterit, ibunt
In lachrymas oculi, triste in suspiria
pectus.*

*Oderit illa licet semper fugiatque sequentem,
Ista tamen quocunqz ferar, me cura
sequetur. (artes:*

*Ite procul medica, non sum sanabilis,
Ite*

*Ite procul, magico qui (quod nec credere
dignum est)*

*Carmine pallentes animas revocatis ab
orco.*

*Ite procul vanis precibus qui flectere
divos*

*Creditis, adversum est & inexorabile
calum.*

*Merapit impatiens furor, & juvat ire
per altos*

*Solivagum montes, per lustra ignota
ferarum.*

O virgo, &c.) Sunt verba Amyn-
tæ per Apostrophen pueram ab-
sentem alloquentis. *Per centum*
Scyllas) numerus finitus pro nume-
ro infinito. Scylla autem & Cha-
rybdis, pericula sunt maxima in
mari Siculo : finguntur autem à
poëtis esse monstra marina , ex
puellis transmutata : nam Scylla
Phorci fuit filia, Charybdis mulier
vorax. De Scylla dixi in Buc. Quid
loquar aut Scyllam nisi, aut quam
fama seqvuta, &c. De charybdi &
etiam Scylla Aenei. 3. Dextrum
Scylla latus, lævum implacata cha-

G 2 rybdis

rybdis Obsidet. Et ita, quia ut dixit Horat. in Arte, Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt, Duci enim in vitium vitii fuga, si caret arte: ideo de eo, qui unum periculum evitans in aliud incidit, dici solet, Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim. *Tu saevisor hydra*) quam Hercules tandem exussit, cum amputato uno capite illi semper bina repullulare videret. Erat enim lacus, quem exussit, & locum fertilem reddidit, sed serpens aquatica fingitur. *At culpe*) id amatorie; nam semper amicas aut purgant, aut non credunt peccasse, unde ille, Nec si mihi credere tantum. *Signatum tamen vultus fallacia*) scilicet sunt. Juvenal. Fronti nulla fides: quis enim non vicus abundat Tristibus obscenis? *mens fera*) Unde notus, sed minus idoneus auctor, Omnis quae nitido volucris plumescit amictu. Non est, si simulat, vera columba tamen. Sæpè sub agnina latet hircus pelle lycaon, Subque Catone pio perfidus ille Nero.

*Si tam
men*

men illa meos vultus averterit.) Videatur hypallage, ut sit, averterit suos vultus a me: id enim indignabundi faciunt Aeneid. 2. Diva solo fixos oculos aversa tenebat. Sed si accipiat avertō sicut averſor & avertor accipi solent, pro eo quod est per indignationem avertendo contemno, sicut Servius fieri posse afferit, qui dicit, avertō & avertor in una significazione declinari posse: dicitur recta locutio & non figura, qualis est illa apud Boëthium, Heu heu quam surda miseros avertitur aure, &c. Unde est frequentativum averſor, quo frequentius utimur. Ovidi. in Fastis, Officioque levem non averſatus honorem. *Medice artis*) Unde Apollo apud Ovid. Metamorph. i. dicit. Inventum medicina meum est, opifexque per orbē Dicor, & herbarum subjecta potentia nobis. Hei mihi quòd nullis amor est medicabilis herbis, Nec profundt domino quæ profundt omnibus artes. *Ite procul*) quia Romanis etiam earum erat odiosa

professio. Unde Æneid. 4. Magicas invitam accingier artes. *quod nec credere dignum est*) Unde de Pythonissa quæ Samuelem reverà, an nequam spiritum in illum transfiguratum, quod Augustinus potius asserere videtur. *Animas revocatis ab orco*) id est, ab inferno urgente. Unde orcus quasi urgus à quibusdam pictus videtur. sic in Bucol.

Has herbas, atque hæc ponto mihi lecta venena

Ipse dedit Mœris, nascuntur plurima ponto:

His ego sæpè lupum fieri & secundere sylvis Mœrim, sæpè animas imis excire sepulcris, Atque fatas aliò vidi traducere messes. *Vanis precibus*) Id impie, sed ex amentia amantium, Epicuro tamen dignum. *Solivagum*) non in solo sed solum vagantem. Soli autem sibi videntur amantes, dum sunt sine amato. *Per lustra*) per latibula aut latebras. *Ignota*) scilicet hominibus, hoc est, in via. Æneid. 4. de Didone, Semperq; relinqu Sola, sibi sem-

semper longam incomitata videtur
Ire viam, & Tyrios deserta quærere
terra, Eumeni dum veluti, &c. Id
autem tunc erat illi, & est nunc huic
futuræ indicium.

Talia jactantem verbis conabar amicis
Flectere, sed vuln^g, nihil insanabile curat.
Illum per campos nox intempesta silentes,
Illum exorta dies inter dumeta videbat
Insomnem semper, raro sylvestria poma
Carpentem, & potu contentum simplicis
undæ. -

Post longos gemitus, exhaustaq^z lumina
fletu (quenti
Asiduo, post lamenta & convulsa fre-
Pectora singultu, moriens finivit amores
Exanimum corpus tumuli sine honore
relictum,

Nocturnæ absumpsere fere, volucresq;
diurna. (passim

Faust. Heū funesta lues, fatalis machina,
Corda veneratis penetrans humana
sagittis,

Equiparans hominem pecudi: qua po-
cula Circe,

Qua pejora unquam potuit dare philtrea
Calypso?

*Questyx, quis phlegeton gravior? qua
major Erynnis?*

*O stulti, quicunq. deum dixistis amorem,
Num natura nocens deus est? ubiunque
locorum*

*Sit deus, est homini clemens, innoxius,
equus.*

*For. Hen, miserande puer, tenera sub-
lato juventa.*

*Qua tibi nascenti laxerunt sidera? qua
tam*

*Noxia pars cali est, ut tenet tale merentē
Laserit, & primis infortunārit ab annis?
Nec tamē omnino cælum tibi defuit
omne,*

*Carmen & argutis quicquid modulamur
avenis,*

*Doctus eras, nisi te mors immatura
tulisset,*

*Dignus eras hederis, dignus Parnafido
lauro,*

*Nec melius cecinit pugnas ac tristia bella,
Hordea & agrorū cultus & pascua noster
Tityrus, à magno tantum dilectus Alexi.
Namq. tui præcox animi sollertia, nobis
Cognita jam pridem, magnam producere
frugem*

Cæ-

Ceperat, & specimen tulerat virtutis
& artis

Non vulgare tua: poteras jam gloria disci
Ruris, & atatis decus indelebile nostra:
Te Padus, & noster lugubri Mincius ore,
Cum nymphis fleuere suis, ut Thracius.

Hebrus

Orpheo te tristes ovium fleuere magistri,
Ut Daphnem luxisse ferunt, te pascua

& agri (campis:

Undique, & audita est totis querimonia
Spargite pastores tumulum redolentibus
herbis, (annis

Atque sacerdotum cantus ac thura quot-
Dicte, & eternam requie cantate poeta.
Faust. Tamen arva tenes patriæ me-
lioris, & altum

Incolis Elysium, nos hic te flemus Amynta.
For. Flendum hodie nobis fuerat, nam
tristia nocte

Nescio quæ moestis cernebam insomnia
formis.

Sed jam vesper adevit, & Sol se in nube
recondens, (imbres,
Dum cadit, agricolis vicinos nunciat
Cogere & ad caulas pecudos convertere
tempus.

Talia jactantem.) Fortunati est in sua persona loquentis, & impietatem atq; amentiam Amyntæ dominantis. Æneid, primo, *Talia jactanti, &c. Verbis amicis*). i. quæ amicos decent. Est enim amicus, a, um, adjectivum, unde amior & amicissimus leguntur. *Conabar*) id verè, quia sine effectu conamur. *Sed nihil*) i. nulla res curat) id est, purgat vulnus insanabile. Nullum tamen est in moribus tale ante suprema fata: aut vulnus insanabile nihil, i. nihili curat verba. *Inter dumeta*) ubi dumi & vepres crescunt. *Insomnem*) i. nullum somnum admissentem, quod misere amantium est. Æneid. 4. At non infelix animi Phœnissa, nec unquam Solvitur in somnos, oculisve aut pectori noctem Accipit. *Sylvestria pomæ*) in sylvis nascentia. *Exhaustaque lumina*) id est, oculos exhaustos. *Moriens finivit amores*) Unde & Comicus, Hanc nisi mors mihi adimet nemo. Dixit tamen Maro, Curas non ipsa in morte relinqui. *Sine honore*

nore tumuli) i. insepultum. *Fatalis*
machina. i. instrumentum ad exitiu-
 um fatale ducens. *Acquiparans homi-*
nem pecudi) Unde fictæ sunt trans-
 formationes , quas Circe in socios
 Ulyssis exercuit. Psalmist. Homo
 qvum in honore esset, non intelle-
 xit, &c. *Philitra*) i. amatoria pocula,
 ad amorem inducentia. Circe au-
 tē & Calypso ex odyssaea Homerica
 notissimæ sunt, ad quas Ulysses ap-
 pulsus dicitur, &c. de Circe quidem
 Solis filia ad principium septimi Æ-
 neid. plurā videbis. *Calypso* autem, Calyp-
pso.
 auctore Hesiode, Oceani & Tethy
 os, aut Homero judice, Athlantis fi-
 lia, insulam à se denominatam in
 mari Joniotenuit, ad quam ulysses,
 ut à Circe discesserat , naufragus
 pervenit , & amatorio illectus , se-
 ptem annos permanxit, vixq; divelli
 potuit. *Philitra* autem dicuntur, Philitra.
 quia philos amator dicitur, pocula
 aut carmina , aut alia ad amorem
 inducentia. *Quæstyx*) infernalis pa-
 lus, à tristitia dicta. *Phlogeton*) flu-
 vius ab ardore denominatus. *Eryn-*
nis)

nis) dicitur furia. *Num*) id est, num quid natura nocens. Physicè hoc dicit: nám virtutes naturales deos dicebant. Unde Plinius lib. 2. naturalis histor. Fragilis & laboriosa mortalitas in partes ista digessit, fragilitatis suæ memor, ut portionibus quisque coleret, quo maximè indigeret, &c. Vim ergo amoris, cupidinem genere masculino, quia Deum dicebant. *Qua tibi nascenti luxerunt sidera*) Iterum fatale putat. vide ubi de fato locuti sumus. *Cælum defuit*) i. benigna influentia cæli. *Doctus eras*) quemuis ergo sui temporis doctum deflet, secutus Maronem in Daphnide. *Mors immatura*) i. ante maturitatem veniens: id em̄ dicitur immaturum, quod nondum est maturum. *Præcox*

autem, quod ante tempus maturum, quasi præcoctum, præcoquum. Illud autem (inquit *Quintilianus*) præcox ingenium, haud temerè ad frugem pervenit, quia præcoci ingenio prædicti aut citò moriuntur, aut studia deserunt.

Di-

Dignus eras hederis) quibus coro- Hedera
 nantur poëtæ, eò quòd sunt in tu-
 tela Liberi patris, qui eis coronatus
 ex India rediit. Horat. Me docta-
 rum hederæ præmia fontium diis
 miscent superis. Persius, Quorum
 imagines lambunt hederæ sequa-
 ces. Juven. Ut dignus venias hede-
 ris, & imagine macta. Virgil. in Buc.
 Atque hanc fine tempora circum-
 Inter viñtrices hederam tibi serpere
 lauros. Et iterum, Hedera crescen-
 tem ornare poëtam. *Dignus Par-*
naside lauro) id est, in Parnaso monte ^{parna-}
 Phocidis Boëtiam versus, Musis & Parna-
 Apollini sacro, nascente. *Est ergo sis,*
 Parnasis patronymum à patria
 sumptum: sed hîc pro nomine pa-
 trio ponitur, quasi sit Parnasica. *Nec*
melius cocinit pugnas) ut in Æneid.
Et agrorum cultus) ut in Geor. *Et pas-*
cua) id est, pastores, ut in Buc. nam
 etiam pascua in Georgic. dicit *noster*,
 id est, nostras, hoc est, Mantuanus.
Tityrus) id est, Virgilius, qui se per
 Tityrum in primo Bucolico carmi-
 ne significavit. *et magno Alexi*) id est,
 Au.

Augusto. *Precox sollertia*) quia ante barbam. *Et specimen tuleras*) scilicet præ te, aut abstuleras specimen, id est, ornamentum. *Non vulgare*) egregium. *Cū nymphis flevere*) sic Ma-ro de Daphnide in Daphnide, *ut Thraciis Hebrus*) scilicet fluvius. Or-phea scilicet flevit, ut 4 Geor. innu-it poëta ut Daphnim, de quo in Bu. Vir. latè. *Spargite pastores*) Sic in Daphnide, Spargite humum foliis, inducere fontibus umbras Pastores, mandat fieri sibi talia Daphnis. *Et tumultum facite*) Et hæc pro epicœ-dio sunt, quod canitur ante inhuma-tionem canitur, vicē habent, *Tamen aruatenes*) hoc quidem vide-tur minus quadrare superioribus. Nam cùm furor & amentia, atque impietas in superos & vilipensio legum in Amynta dixerit, & ita mor-tuum, nec pœnituisse significaverit, non videtur congruè dicere, & al-tum incolis elysium, id est, paradi-sum: sed purgari potest, tūm quòd pastoribus, tūm quòd afferendo elysium incolere, tacitè pœniten-tiam

tiā egisse significat. *Cernebam insomnia*) phantasmata nocturna, quasi futuræ lachrymationis prognostica, idque ex superstitione rustica. *Vicinos nunciat imbræ*) Geor. i. Sol quoq; & exoriens, & cùm se condet in undas. Signa dabit, solem certissimā signa sequentur, &c, sed illic de ortu dicit quod hīc de occasu: addit enim, Ille ubi nascentem maculis violaverit ortum, Conditus in nubem, medioq; refulserit orbe, Specti tibi sint imbræ. *Cogere, & ad caulas*) id est, ovilia. Virgil. in Sileno, Cogere donec oves stabulis, numerumque referre Jussit. *Tempus cogere*) pro cogendi, Græca locutio, Et jam tempus eqvūm spumantia solvere colla.

ECLOGA IV.

*De Natura Mulierum**in scripta.*

ALPHUS.

Collugatores.

ALPHUS & JANUS.

ga

Alphus.

IAne, caper (video) macer est tuus, esse
solebat

Acer, & elatis in calum cornibus ire:

Nunc dejectis humili flaccis piger auribus
herbam

Olfacit, & summis attingit gramine la-
bris.

Jan. Languet & ex isto languore facetia
surgit:

Qua quoties memini, risum ciet, edita
nondum est,

Edita cum fuerit totus mirabitur orbis.

Al. Jane, soles narrare sales lepidissime
& oro

Suaviloquo, disc ergo, tuus cur langueat
hircus?

Jan. Res non facta, Deus testis, sed facta
recenter: (gratis.)

At dulce id facinus non est narrabile.

Quid precii sperare licet? qua dona
reporto?

Al. Jane, ubi congesit nidos philomena,
docebo. (inani.)

Jan. Qui louiter, spondet promisso eludit

Al. Qui non credit, inops fidei: sed
pignore tutum

Te facia, duo telamea depromepharatra.

Jan

Ianocaper.) Principium hujus Eclogæ ex iacacie capri captat occasionem facetæ narrationis de pastore mercenario, qui captus amore pueræ, in foveam feris positam incidit: ubi inventus & à viciniis rusticis extractus, furorem amoris non destituit, occasione cujus graphicè mulierum ingenia describuntur.
Macer est, qui solebat esse acor, elatis, &c.) unde quod in Hecyra de hominibus dicitur, etiam quibusdam belluis competit: Profecto hoc sic est, ut puto, omnibus nobis, ut respondant sese, magni atque humiles sumus. *Flaccis auribus*) id est, auriculis laxis & pedentibus, quia molibus. *Herbam olfacit*) Id morbi indicium est. *Risum ciet*) i. excitat, à cieo secundæ coniugationis, est enim præsentis temporis. *Totus mirabitur orbis.*) Rustica jactantia & garrulitas hoc dicit: nam si ex persona poëtæ dicitur, vere illi dici posset, Parturiunt montes, nascentur ridiculus mus. *Quid enim mirum si rusticus imprudens in foveam cecidit?*

dit? *Iane soles narrare sales*) id est, non insulsoſ apoloſos. *Ubi enim congeſſit*) Latinus Maro, Nanque notavi Ipſe locum, aeriae quo congeſſere palumbes. Nam quae ferre aut tendere ad locum ſignificant, ut convenio, confluo, congero, adverbium ad locum deſide-rant, & non in loco. Poteſt tamen dici, Ubi congeſſit, id est, concinna-vit & conſtruixit, poſtquam allata fuit materies. *Qui leniter ſpondet*) Proverbiale eſt: nam ferè uſu ve-nit, ut qui citò promittunt, diſſicul-ter promiſſa exhibeant, & è con-verſo. *Qui non credit*) Alio diverbio ex arte Rhetorica reſpondet, Qui non credit, inops eſt fidei: quia qualis quisque eſt, talem judicat quemlibet, & ita qui fidus non eſt, neminem fidum exiſtimat, *Depro-ime*) id eſt, exime, *duo tela*) id eſt, duo ſpicula aut duas ſagittas, quae ſunt paſtoribus apta. Virgil. Cūm Daphnidis arcum. *Fregisti & ca-lamos.*

Jan.

Jan. Incipiam nymphæ Parnasides ora
movete,

Et memorate mei dira infortunia capri,
Ac philomenaos Alpho concedite nidos.
Conductus mercade puer, prefectus ovili,
Asidue pascebatur oves, capru atq; capellas.
Servitium nobis pueri fuit utile, donec
Virgine conspecta, que tum huc veniebas
aquatum,

Tabuit: ex illo vacors jam tempore fact⁹² us
Frigidius curare gregem, contemnere
caulas

Cœpit, & exhausto subvertere cuncta
cerebro.

Cum sopitus erat, poterat vigil esse
videti.

Nngabatur enim quando vigilabat inertis
Corporis officio, solvebat somnia mente.
Hunc ergo in saltu ludens per cornua can-
prum

Viminibus validis inter dumeta ligarat.
(Quarta dies hodie) tentans an vincula
possit

Vincere cervice ac pradaræ robore frontis
Quæsum interea nidos nemus omnes
pererrat,

Corda subit virgo, dilecta recogitat ora:

Ora, sinus, & qua fari pudor, omnia
volvit.

Lux fugit interea, capri redit immemor,
. alta

Nocte recordatus surgit, pavidusq; per
umbras

Dum graditur, ruit in foream, qua
fronde saligna

Captandis obducta feris & stramine sicco.

Instar erat putei fundo irremabilis alto.

Est caper in vincis, puer est in carcere,
pastor

Nullus oves curat, jam tertia luxerat
hora.

Miror, oves referto ac numero, caprumq;
requirens,

Obstupeo, puerum clamo, magalia lustro.

Verà loquar, magici ne forte liquoribus
unctus,

Extimui, ascenso migrasset in aëra capro.

Namque striges tali fama est ope, nocte
vagantes,

Ad quadam longinqua procul convivia
ferri. (duco,

Attonitus tandem pecudos ad pascue

Dumq; nemus subeo meditans mecum
esce per umbras,

Ecce

*Ecce procul caper in dumis strepit atque
relictans
Cornibus adversis contra sua vincula
pugnat.*

*Incipiam) sic Aeneid. 2. Incipiam,
Fracti bello, &c. Nymphæ Parnasides)*
id est, musæ Parnasum frequentare
solitæ. *Ora movete*) Virgil. Pandite
nunc Helicona deæ cantusq; move-
te. Sed quia præcipitur ab Horat.
in Arte, Nec Deus intersit, nisi di-
gnus vindice nodus Inciderit : vi-
debitur quibusdam non apta invo-
catio, quia non debet Deus invoca-
ri aut induci difficultatem dissolvif-
fe, nisi res tanta sit, ut opibus huma-
nis sciri aut geri nequeat. Verùm
poëtæ aliquando juxta æstimatio-
nem invocantis invocationem fa-
ciunt : unde Juvenal. descripturus
rhombum, dicit satyra 4. Incipe
Calliope licet hîc considere, non est
Cantandum, res vera agitur : nar-
rate puellæ Pierides, profit mihi,
vos dixisse puellas. Hoc autem ri-
diculè dicit, hîc verò loquitur rusti-
cus, cui, quam dicturus est, res sum,

mam difficultatem habere visa est: unde prius dixit, totus mirabitur orbis. *Philomenos*) quos philomena congesit. *Conductus*) ergo mercenarius. *Servitium*) id est, famulatus. **T**abuit *Tabuit*) i. lenta tabe exhaustus est, **V**æcors *Væcors*. i. pravi aut perversi cor-
Frigid⁹ dis. *Frigidius*) id est, negligentius, sicut in re diligenti dicit per contrarium, Maro, Fervet opus. *Exhausto cerebro*) nimia sollicitudine effœto. **S**opit⁹ *Cum sopitus erat*) id est, summo obrutus, poterat videri esse vigil. **N**ugari *Nugabatur enim*) id est, secum inaniter loquebatur. Horatius, Neseio quid meditans nugarum. Persius, **N**ugari solitos. *Ludens*) id est, ad ludum, ut curam animi premeret *in saltu*) in pascuis, uti pecudes saliunt: *Tentans*) id est, periculum faciens *Quæsitum perorat*) id est, pererrando it quæsitum: non enim construitur prius supinum sine motu saltē latente. *Et quæfari pudor*) **S**aligna scilicet est, id est, gremium & intra Obdu- gremium pudenda. *Fronde saligna*) sta. id est salicum foliis. *Obducta*) id est,

est, obstruēta in superficie. *captandis feris*) id est, ad capandas feras. *Jam tertia lux erat hora*) scilicet posterioris diei. *Refero*) id est, recenseo aut separo. *Magalia*) id est, casas & *Magatuguria*. *Striges*) sortilegæ & magia- gicis utentes. *Ad quædam longinqua*) Id enim sibi persuadent dæmonibus illusæ. *Ecce*) quasi diceret præter spem.

Terruit incautum subito feralis imago. 54
Et nil taloratum, firmato pectore tandem,
Nosco animal, subiens querubos, seco vin- cula rumca.

Serò domum rediens, video per pascua longè

Turbam exaltantē risu juveniliter alta.
Ut propè constitimus, meq; agnovere sa- luſtant, (porum

Et tuus ecce, ajunt, puer hic, ô Janus lu- Erutus è foveis, dum nocte perambulat agros,

Incidit in casses, & sic inventus ut ergo Escaper, & pastor, caper hac incommoda passus,

Zangues adhuc puer imprudens, insanior birco est,

*Virgo superbivit mox ut se audivit
amari,
Et pueri simulans curam ignorare pudo-
rem
Fingit, ut ad formam faciat pudor: ora,
sinumque
Ornat, & in terram versis incedit ocellis,
Callida vulpina re simplicitate gubernat.
Hec studia, hic casses, huc sunt mulieribus
arma,
Ille sua sperans Galathea aliquando potiri,
Contempta mercede suos sectatur amores.
Propterea plastro, stiva, bobusq; relictis,
Ad pastoris opus redeo, subjecta furori
Ista juventutis levitas rura omnia
vexat.*

Fera. Teruit incautum) rem prosequitur,
Feralis) id est, terribilis ut fera. i.,
mors. Nam si dicatur imago feralis. i., ipsius feræ, non videtur ra-
tio carminis stare: nam fera pri-
mam corripit, feralis pudicit. Aene-
id. 4. Solaque culminibus ferali car-
mine bubo. Incautum & nil tale-
ratum. Firmato pectore tandem, nosco
animal) scilicet ubi proprius acceſſe-
rat. *Soca*) i. abrumpo vincula, qui-
bus

bus in vepribus alligatus erat. *Incidit in casses*) in foveam, in laqueos, Ovid. Incidit in casses præda petita meos. *Virgo superbivit.*) Principium principalis narratiois. *Et pueri*

simulans curam ignorare] non simulans curam, Nam simulamus id, quod non est, esse: dissimulamus id, quod est, non esse. *Pudorem fingit*) i. simulat & fallaciter præ se fert. *Ora sinumq;*) in quibus est muliebris species. *In terram versus*) id enim pudicas decet: unde Æneid. primo, Tum breviter Dido vultum demissa profatur. *Hæc sunt mulieribus arma*) mulieribus natura antepenultimam corripit, sed necessitate producit. Lucan. Si qua Deum sobiles, si qua est mulieris origo. *Sua Galathea*) puella lactea, sed rustica. Unde Maro, Namque (fatebor enim) dum me Galathea tenebat, Nec spes Galatæ libertatis erat, nec cura peculi. *Conthea tempta mercede*) scilicet quam à Jano acceperat. *Ista*) scilicet vilis. *Levitæ*) Levi- id est, inconstantia propter amores tas. & leves mores.

- 76) Alph. Quod nequit ingenium, casus fa-
tit, ô stupor, ô sors
Ingeniosa, ô res risu celebranda bimestri.
Jane, vides servanda tibi Philomena
laborat.
- Sed quod tam vafro memoras de vir-
ginis astu,
Rettulit in mentem, qua psallere sapè
solebat (Umbri.)
- Carmina fæmineis olim de frandibus
Jan. Dic Umbri, dic jam quid habes?
meditare parumper
Et verba & numeros, Umbri est memo-
rable carmen.
- Al. Est, ut ais, sed non gratis, memorabile
carmen.
- Quas referes grates? & quid merca-
dis habebo?
- Jan. Accipo promissis absolvō, & spicula
reddo.
- Al. Dum vado ad ventrem post hec ca-
rectal levandum,
Jane, meum tu coge pecus, ne uitibus obfit.
- Jan. O aries aries, qui tortis cornibus,
atrum
- Damona presentas, semper vineta sub-
intras.

Non

*Non sapis donec fossa tibi lumina fronte
Eruero : non sunt porrecta in jugera
centum*

*Pascua sat , nisi pampineos populeris
& agros.*

Quod nequit ingenium casus facit.)

Interloquitur Alphus, ne unius sermo fastidio sit. Sensus autem est, Multa quæ per ingenium excogitare nequeas, casu in mentē veniunt. *Risu bimestri*) id est, duos menses durante. *Tibi philomena laborat*) id est, stris. *nidificat.* Vnde Maro, Sic nos non vobis nidificatis aves. *Fæmineis de fraudibus Umber*) homo ex Vmbria. *Umbra* Sunt qui Antonium Campanum intelligant. *Dic Umbri*) Ordo est: Dic, dic inquam, si quid habes Vmbri, i. de Vmbro, aut de carminibus ejus. Virgil. Quin age, si quid habes, in me mora non erit ulla. Et iterum, Si quos aut Phyllidis ignes. Aut Alconis habes laudes, aut jurgia Codri. *Meditare*) exerce, experire. Virg. *Sylvestrem tenui musam meditare.* *averba & numeros*) Idem, Numeros memini si verba tene- rem.

rem. *Non gratis*) id est, non sine
mercede. *Promissi*) scilicet palumbi-
nis pullis, & spicula) id est, sagittas.
Dum vado ad ventrem) Hoc profecto
nimis rusticè, tametsi rustico con-
gruit: facit tamen poëta ad expri-
mendum morem rusticum. *Tu coge*
id est, compelle in unum, ne divage-
tur. Virgil. *Tityre coge pecus.* *Ne*
vitibus obfit) depascendo pampinos,
aut uvas decujiendo. *Ó aries aries.*)
Allocutio rustica ad pecus. Sic Maro
ad arbores, *Et vos ó lauri carpam*,
& te proxima myrte, *Sic positæ quo-*
niam suaves miscetis odores. Non
abiicitur autem nec corripitur ó,
quia vox monosyllaba in principio
carminis posita. * *Atrum demona*) id
est, spiritum male callidum, qui
cùm pingi verè non potest, cornu-
tus tamen pingitur. *Non sapiens*) id
est, non eris sapiens & fugitans ma-
lorum. *Donec ego eruero tibi lumi-*
na) id est, oculos, & hoc fronte fissa)
Popu- id est, perforata exacuata evulsis
leris oculis. *populeris*) id est, depræderis,
Pampi- spolies, &c) id est, etiam, *agrospam-*
nus. *pia-*

pineos) id est, vineas, in quibus vites sunt, quarum frondes pampinos vocamus. Dicitur etiam populo. Virgil. Aeneid. Non vos aut Lybycos ferro populare penates Venimus &c.

Al. Jane, recordatus redeo, sed plurima (94
forsan

Nondum tota tibi referam, cognoverat
Umber

Omnia qua fas est homini perdiscere;
celos,

Sidera, tellurem, ventos, mare, flumina,
fontes.

Viderat & Rhodopen, atque alta Ceranna
& Ossam.

Gallica regna, Ararim, Rhodanum, Tyberimq; Padumq;

Attica Romanis referobas carmina
verbis,

Ore utraq; potens & lingua primus
utraq;

Hunc unum nobis invidit Gracia, & ipsi
Arcades, & Thracum saltus, & Thessala
Tempe.

Si quid erit quod forse volis tibi notius
esse,

Cato

*Candidus illius semper documenta sa-
quutus,*

*Non procul hinc: hac ille tenet, nos ille
docebit.*

*Sed jam septiforem flatu experiatur
avenam.*

*Ante tamen nymphæ, precor, ut Libe-
thrydes adsint,*

*Præsertim quæ plus meminisse Polymnia
fertur.*

*Janæ, &c.) Purgata alio redit ad
narrationem. Viderat.) Hac peri-
phrasi videtur Gregorium Tifer-
natem dicere, qui ea tempestate vi-
xerat. Nam γρηγορίως significat vi-
gilo, vigilare est multa videre: vi-
derat ergo Rhodopen) id est, Thraci-*

Rho- dopen. am, ubi Rhodope mons est, atq; alta

*Cerau- Cerænia) montes Epiri à fulmini-
bus dictos, & offam) montem Thes-*

*Offa. saliæ. Ararim) quia à Lugdunen-
Araris. sibus nunc Sogona dicitur. Uterq;*

*autem, tam Arar seu Araris, quam
Rhodanus Lugdunum confluit, ad
cujus conuentem erat olim illa
ara, de qua Juvenalis, Aut Lugdu-
nensem Rhetor dicturus ad aram.*

Tj.

Tyberim) fluvium Hetruriæ, qui Tybe-
Romam perfluit. *Padum*) fluvio-
rum regem in Italia, in mare Adria- *Padus*
ticum ex alpibus inferioribus inci-
dentem: inde Homerus *Erida-* *Erida-*
num, qui & *Padus* dicitur, ex infe- *nus*.
ris ad superos tendere dicit. *Atti-* *Attica*,
ca, id est, Græca & potissimum At-
tica lingua è quin & Græcorum lin-
guis cultissima est. *Romanis*.) La-
tinis verbis: nam aliter ea non in-
tellexisset rusticus. *Ore utroque*) &
Græco sermone & Latino, & pri-
mus) id est, peritissimus utraque lin-
gua. *Hunc unum nobis invidit Gracia*)
id est, invidè nobis esse conspexit,
cùm similem non haberet, quod in
vita Antonii Campani etiam de
Turcis commemorant: verùm hic
Tifernatem intelligam. & *ipsi Ar-*
cades.) Ipsi emphasis habet, quasi
dicat peritissimi Musici, & cantare
pares, & respondere parati. & *Thra-*
cum saltus) ubi Orpheus, Amphion,
aliique complures versati sunt va-
tes, & *Tempe*) id est, amoenissima *Tempo*
loca Thessaliae, in quibus etiam mu-
ficus

situs chorus versatus est. *Candidus illius, &c.* per Candidum credo poetam intelligi, cuius exterior vestis ut Carmelitis cæteris, & mens ferè candida est hac) i. documenta Umbra. Sed jam septiforem) i. septem foramina habentem. Virgi. Est mihi disparibus septem compacta circuitis Fistula. *Libethrydes nymphæ*) id est, musæ, aut Libethrum locum quendam in Thracia, aut Libethrum fontem in Magnesia, regione Thessaliæ adjuncta incolentes. Maro, Nymphæ noster amor Libethrydes, &c. *Præsertim qua plus subaudi cæteris, alioqui dixisset plurima.* *Polymlnia*) πολύ id est, multum, & μνεία id est, memoria, à memoria dicatur, cuius filiæ musæ sunt, aut multarum laudum. Horatius. Nec Polyhymniæ Lesboum refugit tendere barbiton.

116) *Fæminum servile genus, crudelè superbum,*

Loge, modo ratione caret, confinia recti Negligit, extremis gaudet, facit omnia vota

PRE-

Præcipiti, vel lenta jacet, vel concita
currit (bile frigus.

Fæmina semper hyems, atque intracta-
Ut canis ardentes contristat sider et terras
Temperiem nunquam, nunquam medio-
cria curat, (odit.

Vel te ardentem amat, vel te capitaliter
Si gravis est, mæret torvo nimis herni-
ca vultu:

Si studeat comis fieri, gravitate remissa
Fit levis, erumpit blando lascivia risu,
Et lepor in molli radiat meretriceus ore.
Flet, ridet, sapit, insanit, formidat, &
audet,

Vult, non vult, secumque sibi contraria
pugnat, (bilinguis,

Mobilis, inconstans, vaga, garrula, vana,
Imperiosa, minax, indignabunda, cruenta
Improba avara, rapax, querula, invida,
credula mendax,

Impatiens, onerosa, bibax, temeraria,
mordax,

Ambitiosa, levis, maga, lena, superstitiosa,
Desidiosa, vorax, ganea studiosa, palatia
Docta, salax, petulans, & dedita molli-
ciei,

Dedita blandissimis, suranda dedita forme,
Ira

*Ira odiique tenax, in idonea tempora
differt* ('maligna,

*Usciscendi animos, infida, ingrata, ma-
Impetuosa, audax, fera, litigiosa, rebellis,
Exprobrat, excusat tragicæ sua crimi-
na voce,* (pendit.

*Murmurat, accedit rixas, nil fædera
Ridet amicitias, curat sua commoda
tantum,* (amaro.

*Ludit, adulatur, defert, sale mordet
Seminat in vulnis nugas, audit ag, lingua
Auget, & ex humili tumulo producit
olympum.* (caussas,

*Dissimulat, simulat, doctissima fingere
Ordirig, dolos, fraudig, accommodat ora,
Ora omnes facili casus imitantia motu,*

*Fæmineum servile genus.) Multa in
muliebrem sexum superciliosè di-
cuntur, quæ omnia in malas dici
possunt: sed rarissimæ sunt bonæ
secundum Lucilium, qui dicit, Heu*

Facul. *facul est homini inventu bona fœ-
mina nusquam: ubi facul pro facilè
antiquè dixit. Et Susarion Mega-
rensis antiquæ comædiæ princeps:
Audite populus, Susarion hæc di-
cit filius Phyllai Megarensis tripo-
di-*

discius, Malum sunt mulieres, sed tamen ô populares, non adeſt invenire domum ſine malo. Multa tamen etiam in ſan>is literis in bonarum commendationem dicuntur: ſed mulierem forteſ quiſ inveniet? *Modo*) id eſt moderatione, *Modo* de qua Hora. i. fer. Eſt modus in rebus, ſunt certi deniq; fines, Quos ultra citraç; nequit conſiſtere reſtum. *Extremis gaudet*) quæ ambo mala ſunt, quia uni virtuti duo vitia opponuntur: alterum per abundantiam, alterum per defectum peccans. *Aut canis*) id eſt, canicula aut ſirius. *Odit*) præteritæ eſt vocis, *Odit* & ita producitur: nec reperies apud idoneos odio, niſi ſemel in Cicerone odias. *Nimis hernica*) id eſt, aspera, *Horni* ut Hernici montes in Italia asperri ca. *mi*. *Gravitate remissa fit levis*) quia dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt: Dūcit enim in vitium vtiſ fuga, ſi caret arte. *Lepor meretriceus*) id eſt, ſvaviloquium & blanditiæ meretricibus dignæ. *Sibi contraria*) id eſt, inconfiſtas: unde addit, *Mo*

bilis, incōstans) Æneid. quart. Va-
rium & mutabile semper Fœmina.
imperiosa) id est, affectatrix imperii.
Indignabunda) fastidiens frequenter.
Cruenta) cruoris & sanguinis appe-
tens, & maximè (ut Juven. docet) vindiictæ.
Improbæ) id est, impro-
banda. *Avara*) quia rapax, sed ta-
men inutiliter expendit. Juvenal.
Prodiga non sentit pereuntem fœ-
mina censum. Ac velut exhausta
redivivus pullulet arca Nummus &
è pleno semper tollatur acervo.
Non nunquam reputat, quanti sibi
gaudia constent. *Rapax ergo*) ut ex-
pendat. *Querula*) quia ut dicit juv.
Aut odit pueros, aut ficta pellice

Maga. plorat. *Maga*) id est, sortilega, ma-
gicæ arti intendens, ut Juvenalis
docet, Hic magicos affert cantus,
hic Theffala vendit Philtra, qui-
bus valeant mentem vexare mariti.

Lena. *Lena etiam*) filiarum venditrix. Ju-
ve. Scilicet expectans ut tradat
mater honestos, Aut alios mores,
quām quos habet, utile porrò, Fi-
liolam turpi vetulæ producere tur-
pem

pem. *Superstitionis*) quod idem Juve.
in 6. docet, ut cætera ferè quæ hic
habentur, *Ganeæ*) sic & alii Chri-
stiani poëtæ, sed ganeo primam
producit. *Satyricus*, *Oculta* ganeo
pultes. *Palatum docta*) id est, deli-
cata. *Salax*) id est, luxuriosa. *Tra-*
gica voce (id est, quali utuntur *Tra-*
gicidum infortunia regum lamentan-
tantur. *Litigiosa*) quia nulla feré
caussa est, in qua non fœmina litem
moverit. *Nil*) id est, nihili pendit
fœdera. *Ludit*) id est, illudit. *Adu-*
latur, defert) id est, clam defamat,
& crimen occultum pandit, *Sale*
amaro) id est, callida reprehensione.
Seminat) id est, dispergit in vulgus.
Nugas) id est, res frivolas. *Ex humili*
tumulo producit Olympum) id est, nil
sibi non promittit posse efficere.
Ora omnes) *Ordo* : Accommodat,
inquam, ora, imitantia facili motu
omnes casus) id est, eventa omnia,
hoc est, scit se accommodare rebus,
& ridere cum ridentibus, & flere
cum flentibus, immò interdum
utrumque simul.

144) Non potes insidias invadere, non potes
astum.

Vincere, tanta artes, sollertia tanta no-
cendi.

Et quanquam videoas oculis presentibus,
andet

Excusare nefas, potis est eludere sensus
Sedulitate animi, nihil est quod credere
possis, (cogat.

Et nihil est quod non, si vult, te credere
His facient exempla fidem, qua crimina
non sunt

Fæminea tentata manu? dedit hostibus
arcem

Decepta ornatu brachi Tarpeja sinistri.

Sævitt in natos manibus Medea cruentis.

Tyndarus Aegas oneravit navibus
undas. (pillum.

Scylla hostem sequitur, patri furata ca-

Fratrem Biblis amat, subjicit se Myrrha
parenti.

Concubitus nati, longeva Somiramis
ardet,

Caussa necis vati conjux fuit Amphiarao.

Occidere viros nocturnis Belides armis,

Orpheam membratim Cicones secuere poëta.

Cognita luxuria pesulantia Pasiphæcia.

Pha-

*Phaedra pudicitiam contra crudeliter
ausa est.*

*Decepis Iudea virum Rebecca, suamque
Progeniem velans hircino guttur at ergo.
Porrigit Alcidae conjunx fatale venenū.
Decipit Hippodamo patrem Laviania
Troës*

*Implicat ancipi belli. Bryseis Achillem
Depulit è castris, demens Chryseide factus
Fulminat Atrides, & sentit Apollinis
iras.*

*Eva genus nostrum felicibus expulit
arvis.*

*Non potes eandem rem prosequi-
tur. Astum id est, astutiam. Nihil est
quod credere possis,) quia & quan-
quam videoas oculis, &c.) Juve. Nihil
est audacius illis Deprensis iram at-
que animos à crimine sumunt. Quæ
crimina non sunt fœminea tentata ma-
nu?) Quasi dicat, nulla non sunt, &
ita omnia sunt. Tarpeia virgo ut
armillas, quas in brachiis hostium
vidit, haberet, tradidit illis arcem
Capitolinam : unde armis brachi-
orum obruta interiit. Dicitur aut
hic brachi non brachii, quia aliter*

versus non staret. *Sæviit in natos.*)

Virgilius, Sævus amor docuit natorum sanguine matrem commaculare manus: nam Medæa ab Jasone spreta, omnes communes liberos, præter Thessalum, trucidavit. *Tyndaris*) id est, Helena Tyndari (*ut putabatur*) filia, à Paride rapta, aut ipsum secuta, mille carinis à græcis repetita est. *Scylla*) Nisi Megarensium regis filia, absenso purpureo capillo, quem pater sacratum habuit, ad Minoa hostem pertulit. *Biblis*)

Scilla. ut Ovidius Metamorph. IX. docet, exarsit amore Cauni fratris, à quo spreta in frontem sui nominis conversa est. *Subjicit se Myrrha parenti*) scilicet Cinaræ, de quo libro X. Metamorph. quæ etiam in Myrrham arborem illic conversa dicitur. Est autem in subicit syncopa: nam si, ut debet, subiicit scriberetur, esset positio brevis, fecerunt tamen id

Bibilis. alii quoque. *Semiramis*) Regina Babyloniae, & regni Assyriorum moderatrix, exarsit amore Nini filii, quem se diu simulaverat, ut *Justinus*

nus docet l. i. *Causa necis vati coniunxit*
fuit) id est, Eriphyle, de qua in
 Thebaide Statii multa leguntur.

Belides) Beli neptis filii Danaei patris Belider
 Ægypti regis quādo quinquaginta
 nupsierunt totidem patruelibus, i.
 patrui Ægypti filiis, coactæ ab eo:
 sed à patre, qui ab oraculo habuit
 sibi cavendum à tali genero, per-
 fvasæ, prima nocte omnes maritos
 suos interfecerunt præter Hyper-
 mestram, quæ Lino pepercit, à quo
 Danaus obtruncatus. *Cicones*) mu- Cico:
 lieres Thraciæ, ut auctor est Virg. nes.
 in fine Georgic. *Pasiphaë*) uxor Mi-
 nois regis Cretensium, amore tauri
 incensa, se in ligneam vaccam à Dæ-
 dalo effictam includi fecit: sic cum
 tauro concubens, & posteà cum
 Mino, Minotaurum genuit. Ordo
 est, Petulantia luxuriæ Pasiphaëiæ,
 i. ipsius Pasiphaës scilicet est cognita.
Phædra.) Pasiphaës & Minois fi-
 lia. Hippolytum privignum cui de-
 sponsata, sed non tradita à Theseo
 fuerat, interpellavit de stupro: at
 cùm ille renueret, ne patri injurius

fit, detulit apud patrem, quasi illæ interpellasset ipsam: unde credulus pater, à Neptuno sive à patre Ægeo impetratis phocis marinis belluis, equi Hippolyti in furorem versi ipsum dissolverunt: unde Hippolytos ab hippo, quod est equus ab equa, & λύω i. disolvo, dictus præfigio quodam videtur.

Nam ab Hippolyte matre id nomen prius habere potuit. *Decepit*

Iudea *Rebecca* *virum*) scilicet Isaac, cuius oculi caligaverunt. *suamq; progeniem*) id est, filium chariorem Jacob. *velans hircino tergo*) id est, pellibus hircorum aut caprorum, ut pilosus perciperetur ut erat Esau. *Conjunx*) scilicet Deianira. *Fatale venenum*) id est tunicam sanguine venenato Nessi intinctam dedit. *Alcide*) i. e. Herculi Alcæi nepoti putativo: nam Amphytrionides dicitur, cum Jovis sit filius. *Hippodamia*) Oenomai Helidis & Pisæ regis filia, patrem decepit, quia Penelopi in perniciem patris nupsit. Erat enim in fatis tunc patrem decessurum

quan-

Hippos
Lyo.

Rebec-
ca.

Deia-
nira.
Alci-
des.

quando illa nuberet; nupsit aut superata in curuli certamine, dolo tamen Myrtilli aurigæ. Dicitur etiam Hippodamia, quasi equorum dominatrix. *Lavinia*) filia Latini Turno desponsata, à matre Amata, & Aeneæ Lavi per oracula & patris assensum, nia. Trojanis multis exitii caussa fuit.

Bryseis) quæ Achilli sorte obvene- Bryseis
rat: hanc Agamemnon qvum vi abstulisset, effecit ut Achilles iratus armis abstineret, multos Græcorum interimi fineret, donec Patrocli amici necem ulcisci vellet. *Atrides*) i. Atrei filius saltem putativus Agamemnon. *Fulminat*) id est, ira & amore æstuat, factus demens *Chryseide*) i. per amorem Chryseidis filiæ Chrysei sacerdotis Apollinis, qui cùm inflatus in exercitum Græcorum filiam repetitum venisset, nec obtinuissest, sæva pestilentia ab Apolline impetrata, tandem eam abduxit: sentit ergo iras Apollinis) id est, vestem, qua motus exercitus multabatur. *Felicibus arvis*) id est, paradyso.

Cra

171 Credite pastores, per rusticā numina juro,
 Pascua si gregibus vestris innoxia vultis,
 Si vobis ovium cura est, si deniq; vobis
 Grata quies, pax, vita, leves prohibete
 puellas,
 Pellanturque procul vestris ab ovilibus
 omnes, (Licoris.
 Thestylis & Phyllis, Galathea, Neera,
 Dicite, qua tristom mulier descendit ad
 orcum,
 Et rediit? potuit, si non male sana fuisset,
 Eurydice revchi per quas descenderat
 umbras?
 Rapta, sequi renuit fessam Proserpina
 matrem: (pheus,
 At pius Aeneas rediit, remeavit & Or-
 Maximus Alcides, & Theseus; & duo
 fratres.
 Unus equis, alter pugnis bonus atque
 palastra,
 Et noster Deus, unde salo & vita resurgit.
 Hac sunt, pastores, hac sunt mysteria
 vobis
 Advertenda, animi fugiunt obscena
 viriles.
 Fæmineas loca delectans infamia
 mentes.

*Ut semel in scopulos vento contortus &
unda*

*Nauta, scit incautis monstrare pericula
nautis:*

*Sic senior longo factus prudentior usu,
Prateritos meminit casus, aperitq; futuri
Temporis eventus, vitaq; pericula mon-
strat.*

*Si fugiunt aquilam fulicae, si retia cervi,
Si agnus lupum, si dama canem: muliebria
cur non*

*Blandimenta fugis tantum tibi noxia
pastor?*

*Credite pastores.) Convertit ser-
monem ad pastores, quorum do-
cendi gratia haec de fœminis dixit.
Per rustica numina) id antiquè, nisi
ad Deum & sanctos, quibus arva
custodiæ sunt referamus. Thestylis thestylis
&c.) Harum enim meminit Vir. in lis.
Buc. dicens, Thestylis & rapido fes-
sis messoribus æstu, Allia serpil-
lumque herbas contundit oientes.
Et iterum, Jam pridem à me illos
abducere Thestylis orat. Item,
Phillida, mitte mihi, meus est nata-
lis Jola, Et, Phillida amo ante alias,
nam*

nam me discedere flevit. Idem,
Malo me Galathea petit lasciva
puella. Et, Huc ades, ô Galathea,
&c. Item, Ille Neæram dum fovet.
Item, Tua cura Lycoris, Perque
nives alium, perque horrida castra
secuta est, *Dicte.*) Ingeniosa exco-
gitatio: raptæ laguntur mulieres ab
infernis, & verè raptæ, sed non re-
diisse. *Eurydice.*) Orphei conjunx,
cùm eam Aristæus pastor inseque-
retur, à serpente qui in herbis deli-
tuit extincta, ab Orpheo cytharæ be-
neficio redemta ab inferis fuit, eà
lege ut ea non respiceret quod ta-
men fecit: unde reverti coacta est,
quod 4. Geor. ad finem graphicè
describitur, & à Boëthio non segni-
ter. *Proserpina.* Cereris filia à Pluto-
ne surrepta, & à Cerere matre in-
venta redemta fuisset, si nihil apud
inferos gustasset, sed granum pomi
gustavit ut non rediret: unde Ge-
orgi.i. Nec repetita sequi curat Pro-
serpina matrem. *Ad pius Aeneas re-
dit.)* postquam illuc duce Sibylla
patris videndi gratia descendisset,
ut

ut sexto Æneid. latè dicitur. *Remeavit & Oropheus*) relictæ tamen conjugæ. *Maximus Alcides*) id est, Hercules, ut Pyrrohum redimeret, Virg. Quid Thesea magnum, Quid memorem Alcidem? & *duo fratres*, unus scilicet Castor: tamen Virg. ponens nomen pro nomine dixit, Domitus Pollucis habenis. *Alter pugnis*) scilicet Pollux, Fratres gemini in cælum translati, ubi geminos constituunt signum tam latū, ut dum alterum occidat, alterum oriri incipiat. Unde fabulæ locus est, ut alter mortal is, quippe à Tyn-daro genitus, alter immortalis ab Jove satus dicatur: sed mutua charitate ita devincti ut immortalitatem communicarent, & altero mo- riente alter reviviscat, unde 6. Æneid. Si fratrem Pollux alterna morte redemit, Itque reditq; viam toties. Melius autem legitur alter *Alter* quam alius: quia alter de ducbus, alius de pluribus dicitur. *Et noster Alius Deus*) Dominus noster Jesus Christus, qui descendit ad inferna, & ter-

tertia die resurrexit à mortuis. *Advertenda*) consideranda. *Animi viriles fugiunt obscœna*) naturaliter quidem usque adeò, ut qui non fugiunt effœminati dicantur aut muliebres: unde est illud Ennii apud Ciceronem in primo de officiis, *Vos etenim juvenes animos geritis muliebres, illaque virgo viri.* *Fœminas loca delectant infamia mentes*) id quidem de turpibus verum est. *senior.*) *Vult sibi in ea re experto fidem adhiberi, sicut si nautis veteranis de periculis marinis creditur.* *Fulica*) aves sunt marinæ. Docet autem belluas prudentiores esse in fugiendis nocivis ac insidiosis, quam nos sumus.

196) *Est in eis pietas crocodili astutia hyena.*
Cum flet & appellat te blandius, insidiatur.

Fœminos, pastor, fugito (sunt retia)
vultus.

Non animis, non virtuti, non viribus
ullis

Fido, non clypeo, cuj, munimine Perseus
Vidit sacrificia colubros impunè Medusa,
Mona-

Monstra peremerunt multi : domuera
gigantes,
Evertērō urbes, logem imposuere marinis
Fluctibus impetui fluviorum & monti-
bus aspris,
Sacra coronarunt multas certamina, sed o
qui (acti.

Cuncta subegerunt, sunt à muliere sub-
Rex qui paster erat funda spolioḡ leonis o
Inclytus & natus, qui templa Syonia
fecit

Primus, & excellens invicto robore
Sampson,

Fæmineum subière jugum: minus hasta,
minus mors,

Nec formæ contenta sua splendore, de-
corem

Auget mille modis mulier, frontem ligat
auro,

Purpurat arte genas, & collocat arte ca-
pillos,

Arte regit gressus, & lumina temperat
arte.

Gurrit ut in latebras ludens perducat
amantem.

Vult dare, sed cupiens simplex & honesta
videti,

*Denegat, & pugnat, sed vult super omnia
vinci.*

*Fæmine caciaco (res mira) simillima
vento est;*

*Qui trahit expellens mendaci nubila
fletu.*

**Croco-
dili.** *Est in eis pietas Crocodili*) Croco-
dilus est animal terrestre aquatile,
crescit ex minimo ad decem & se-
ptem & amplius cubitos: quibus-
dam Ægyptiorum Crocodili sacro-
sancti sunt, quibusdam non sunt,
sed veluti hostes exagitantur Juven.
Crocodilon adorat pars hæc, Est
autem hæc bellua, quæ ovā parit
instar anserinorum, contra fugaces
terribilis, contra insequentes au-
tem fugax: hebetes oculos habet
in qua, extra aquam acerrimi visus
est, conspecto homine emitit la-
chrymas, mox appropinquantem
devorat: unde factum est, prover-
pium, Lachrymæ Crocodili, de his
qui sub specie pietatis homines fal-
lunt. Graphice ergo dicit, *Est in eis*
Hyena *pietas Crocodili.* *Hyena* autem ani-
mal est, in Africa præcipue nascentes.
utramq;

utramq; ei naturam esse nonnulli existimant, & alternis annis mārem, alternis fœminam fieri: hoc Aristoteles negat. Collum ei & juba * continuatæ spinæ porrigitur: flectiq; nisi cicumactu totius corporis non potest. Humanum sermonem inter pastorum stabula assimilare dicitur, nomenq; alicujus discere. quem foras evocatum dilaceret, vomitionem etiam hominis imitari ad solicitandos canes, quos invadit. Solet prætereà id animal sepulchra eruere ut corpora inquirat, hæc Sipontinus: ob quæ recte dicitur, astutia hyenæ. *Fidito*) *Fidito.*
 id est, confidito. *Non clypeo*) scilicet crystallino ipsius Palladis, cuius munimine protectus Perseus Medusam interemit, è cuius sanguine natus fingitur Pegasus eqvus alatus. Erat autem *Medusa* una trium *Medusa*. Gorgonum, quæ unum habuisse oculum, quo vicissim uterentur, dicuntur, hoc est, unionem seu margaritam. Erat autem pulcherrima: unde se insipientes in stuporem
 K 2

rem traxit, & ita in saxa vertere di-
cta est. Hanc enim visam Neptu-
nus ardens amore, in templum
usque Palladis inseqvutus, illic op-
pressit: unde irata dea, ipsius ca-
pillos, quibus Neptuno placuerat,
in angues mutavit, deditque ut om-
nes eam inspicientes in lapides ver-
terentur. Perseus autem dicitur
Danaës Acrisis regis Argivorū
filiæ ab jove oppressæ filius. *Monstra*
peremerunt multi.) ut Hercules, The-
seus, Perseus. *domuere giganteis*) ut
dii in bello giganteo, & Hercules
Antæum in Libya, & Geryonem
in Hispania, Cacum in Italia, &
alios alibi. *Evertere urbes*) ut Scipio
Carthaginem in Africa, & Numantiam
in Hispania, Græci Trojam, &
alii alias. *Legem imposuere marinis flu-*
ctibus) ut Cæsar & Augustus Lucri-
no lacuī, Xerxes qui pontem super
mare extruxit, & cùm dirutum vi-
deret, flagellis cædi jussit. *Et mon-*
Xerxes. *tibus aspris*) ut idem Xerxes, qui
Athēn montem æquavit solo, &
pro parte nayigabilem fecit. Juve-
nal.

nal. Velificatus Athos. Dicitur autem aspris, per syncopam pro asperis. *Sed qui cuncta subegerunt.*) Juvenal. in 6. Nunc patimur longæ pacis mala, sævior armis Luxuria incubuit, & vietum ulciscitur orbem. *Rex qui pastor erat,*) David sunda, qua Goliath stravit, spolioque Leonis, quam se adhuc pastorem intermissè dicit. *inclitus & natus*) i. filius ejus Salomon, qui tempora Syonia. i. Hierosolymitana : nam Sy- Syon. on principalis pars Hierosolymæ est. De his in li. Regnorum & de Sampfone in lib. Jud. dicitur. *Rom- Rom- phæa*) framea quæ angelus à paradi- phæa. so terruit Adam & Evam. Plebei & triviales sunt versiculi: Adam, Sampsonem, Loth, Davidem, Salomonem Fœmina decepit, quis modò tütus erit ? *Frontem ligat auro*) quod crinale vocant, aut reticulo aureo seu aurato. *Purpurat*) i. purpureas facit, hoc est, rubicundas, rat. arte scilicet fucatoria. *Lumina*) i. e. oculos Currit ut in latebr. *Ludens perdit amantem*) unde poëta, Malo

me Galathea petit lasciva puella, Et
fugit ad salices, & se cupit antè vi-
deri, Aut ad eam respicit, de qua
Pro. 7. mirum in modum graphicè
loquitur Salomon: omitto verba,
quia in manibus sunt. *Vult dare*)
scilicet stuprum & copiam sui: *sed*
vult supra omnia vinci ut vim sibi il-
Cæcias *latam dicat. Cæciaco vento*) Cæcias
enim trahit ad se nubes, quas alii
venti propellunt.

221) *Quisquis es, (expertus moneo) tenta-*
rerecusa

Dum licet, hic fragilis quot habet fasti-
dia sexus.

Immundum naturā animal, sed queritur
arte

Mundities, id luce opus est, ea somnia
nocte.

Deglabrat atque lavat, pingit, striat,
ungit & ornat.

Tota dolus, tota ars, tota histrio, tota ve-
nenum.

Consilio speculi gerit omnia, labra mo-
vero

Discit, & inspecto vultum componere
vitro,

Di-

Discit blandiri, discit ridere, jocari.

*Incedens, humores discit vibrare, natesq;
Quid sibi vult nudum pectus? quid
aperta supernè,*

*Rimula, quæ bifidam deducit in hubera
vallem?*

*Nemps nihil nisi quò virus penetrabile
sensum*

*Plus premat, & stygia rapiant præcordia
flammae.*

*Hi juvenum scopuli, Syrtes, Scyllæ atq;
Charybdes,*

*Hæ immunda Phinei volucres, quæ ven-
tre soluto,*

*Proluvie fæda thalamos, canacula
mensas,*

*Compita templa, vias, agros, mare, flu-
mina, montes*

*Incestare solent: hæ sunt phorcinides ore
Monstrifico, extremis Libyaæ quæ in fini-
bus olim*

*Aspectu mutare homines in saxa so-
lebant.*

Quisquis es, (expertus moneo.)

*Parenthesis est. tentare). i. attenta-
re & periculum facere recusa, Ovi-
di. Dum licet, indigno subtrahe col-*

la Jugo. Et iterum, Principiis ob-
sta, serò medicina paratur, Dum
mala per longas inv aluêre moras.
Fastidia) i. superbos contemptus.
Immundum natura animal.) Si animo
vituperandi hoc diceret, ineptiret.
nam si naturâ immundæ & cura ac
arte mundæ sunt, in hoc veniunt
laudandæ quod arte naturam cor-
rigunt: verum animo dehortandi
ab earum illecebris & fucata venu-
state id dicit. *Id luce opus est*) i. nihil
aliud faciunt noctes & dies, sive no-
ctu & interdiu. *Deglabrat*) i. levem
& glabram facit cutem rugis & pilis
amoris. *Striat*) in tricas colligit ca-
pillos. *Tota*) scilicet ens aut existens
dolus: *tota histrio*) ludicra & scurri-
lis, *tota venenum*) quia uritque vi-
dendo fœmina, & tactu inficit. Un-
de quidam, Est actu viscus mulier
visu Basiliscus. *Humeros discit vi-
brare*) id nimium petulantes fa-
ciunt, quæ humeros agitant, sicut
in amplexu: nam honestæ matres
student esse dimissis humeris. *Na-
tesq*) i. clunes. *Satyricus, Tremulo*
de-

descendunt clune puellæ. *Rimula*) i. fissura vestium in sinu inter mammillas, quæ bifidam) i. in binas partes *Bifida*. divisam. *Virus*) i. venenum, quo vi- Virus. fa inficit. *Flammae sty.*) i. infernales, potius dixissem phlegetontææ. *Præ-* *cordia*) sunt tenues membranæ cir- *cordia*. ca cor, quæ dicuntur affectionum sive passionum sedes. *Hi juvenum scopuli syrt.*) i. brevia vada arenosa, quam qui inciderit, difficulter evadit. Allegoricè ergo summà pericula intelligit, sicut sunt scylla & charybdis in mari Siculo. *Immunda Phinei volu.*) id est, harpye, de quib. *Æn* 2. Excipiunt strophades, graio stant nomine dictæ Insulæ Jonio in magno quas dira Celæno, Harpyæque colunt aliæ , Phineia postquam Clauſa domus, mensasq; pyiæ. metu liquere priores. Tristius haud illis monstrum, nec sævior ulla Peſtis, & ira Deum Stygiis fese extulit undis. Virgineus volucrum vultus, fœdissima ventris Proluvies, uncæque manus, & pallida ſemper Ora fame. Phineus autem rex Ar-

cadiæ, liberis novercam subinduxit,
eosque ut illi complaceant excæca-
vit: ob quam rem iratidii, ei ocu-
los sustulerunt, & immiserunt
Harpyias quæ illi cibum abripe-
rent, quod & diu fecerunt: sed quia
argonautas hospitio suscepserat, mi-
serunt ad eum Zetum & Calaim
Boreæ regis ac venti Thraciæ ac
Orithyæ ab eo raptæ filios juvenes
alatos, qui eas ad Strophadas usque
Cœna- pepulerunt. *Cœnacula*) altiora do-
cula. mus, aut pro locis in quibus cœna-
Ince- tur. *Incestare*) i. polluere & non ca-
stare. stum reddere Æneid. 6. Et totam
incestat funere classem. *Hæ sunt*
Phorcynides) i. Gorgones. Ovidius,
Finibus extremis Libyces, ubi fer-
vida tellus Accipit Oceanum de-
misso Sole calentem, Squalebant
late Phorcynidos arva Medusæ.

242) *Carmina doctiloqui cursim recitavimus*
Umbri,
Quæ si visa tibi nimium prolixæ me-
mento
Ipsius idrei vitium, non carminis esse,
Non

*Non longum est carmen, mulierum amen-
tia longa est.*

*O memorande senex, quo se vetus Um-
bria tantum*

*Factat, & ipse tuae Tyberis conterminus
urbi,*

*Martia non ab retantum te Roma voca-
bat.*

*Ipsa tuas artes & non trivialia norat
Carmina, te vita functum flevere latine
Naiades & Graiae, tua molliter ossa
quiescant*

*Semper, & in summo mens aurea vivat (252
olympo.*

*Carmina doctiloqui.) Hunc, ut dixi,
licet aut Antonium Campanum
intelligere, aut Franciscum Petrar-
cham, aut alium quemvis ea tem-
pestate doctum. Ipsius id rei.) Con-
tra artem producit syllabam, nam
5. declinationis nomina non pro-
ducunt e ante i nisi praecedat i: & ita
rei, spei, fidei, plebei, penultimam
corripiunt. Possimus versum
emendare sic, Ipsius esse rei vitium,
non carminis illud. Non longum est
carmen.) unde Martialis, Non sunt
lon-*

longa quibus nihil est quod demere
possis (*Martia Roma*) aut bellicosa
olim aut Martem auctorem habens:
unde Livius in præfatione, Si cui
populo licere oportet consecrare
origines suas & ad deos referre au-
tores, ea belli gloria est populo
Rom. ut cùm suum conditorisque sui
parentem Martem potissimum fe-
rat, tam hoc gentes humanæ pati-
antur æquo animo, quam impe-
rium patiuntur. *Et non trivialis.*)
non vulgaria, Virgil. Non tu in
triviis indocte solebas Stridenti mi-
serum stipula disperdere carmen?
Te vita functum. i defunctum. *La-*
Naja- *tinae Najades* .i. fluminum ac fon-
des. tium Italicorum nymphæ, propter
Grajæ. sermonem latinum. *Et Graja* .i.e.
Græce propter Græcum. *Tua molli-*
ter ossa quiescant) unde prius, ubi de
sepulchro levi locuti sumus, disse-
ruimus: hoc ad veterum pertinet
superstitionem, nam verius Maro
dicit, Facilis jactura Sepulchri. *Et*
Seneca, Quid refert humi an subli-
mi putrescam: Mens aurea) id est,
pul-

pulcherrima, vivat olympos) i. e. cæ- Olym-
lo: hoc catholico viro dignum est. pus)
Olympus autem Macedoniæ mons
altissimus, pro cælo à Græcis potis-
sum poni solet.

ECLOGA V.

*De Consuetudine Divitium**Erga Poetas, inscripta.*

CANDIDUS.

Colloquutores.

SYLVANUS & CANDIDUS.

C Andide, nobiscum pecudos, aliquan-
do solebas
Pascere, & his gelidis calamos inflare
sub umbris,
Et miscere sales, simul & certare palae-
stra : Cosus,
Nunc autem quasi pastores & rura per-
Pascua sopito fugis, & trahis ocia cantu.
Cand. Vos, quibus est res ampla domi,
quibus hubera vacca.
Plena forunt, quibus alba greges mul-
etralia complent,
Cymbia lacte nivent, & pinguis pran-
dia sumant,

Caro

*Carmina laudatis, si quid concinnius exit
Plauditis, ac lati placidas extenditis
aures:*

*Pro numeris vanas laudes & inania
verba.*

*Redditis interea pastor sitit, esurit, alget.
Syl. Nonne potest curare greges, &
cere versus*

*Cum vacat, & positis vitam traducero
curis.*

*Can. Om̄em operam gregibus pastorem
impendere oportet,*

*Ire, redire, lupos arcere, mapalia sapè
Cingere, mercari paleas & pabula, victū
Quarere, nil supereft oci: laudabile
carmen*

*Omnem operam, totumq; caput, Sylvane,
req̄firit.*

*Grande utrumque opus est, & nostris vi-
ribus impar.*

*Cum cecini sitio, sitienti pocula nemo
Porrigit, irrident alii, tibi penula di-
cunt,*

*Candide, trita, genu nudum, riget hispi-
da barba,*

*Jam sylva implumes, & hyems in mon-
tibus abset.*

Ira-

*Irascor, doleo, indignor : fert omnia
victus,*

*Lanitium, fatusq; mares, non vendimus
agnas.*

*Sed quia lac pascunt, premitur nihil,
hubera siccant.* 27)

Candide nobiscum, &c.) Argumen-
tem hujus Eclogæ est detestatio te-
nacitatis divitum in poëtas, quorū
ingratitudine & avaritia aurea ve-
na in Poëtis extinguitur. Per Can-
didum autem mihi vero simile fit
Poëtam posse intelligi: per Sylva-
num, quemvis divitem avarum.
Inducit tamen utrumque pasto-
rem, unde dicit, Sub his umbris,
quasi dicat, sub quibus sumus: nec
quicquam aptius Sylvano quam es-
se in sylvis. Est autem fere eadem
tarrago, quæ in juven. saty. 7. Et mis-
cete sales) id est, lepores sermonis.
Sopito) id est, oppresso & neglecto Sopito.
cantu quæ res doluit Sylvano. Nam
divites avari licet nihil conferant
in poëtas bonos, admirantur ta-
men eos & oblectantur eorum car-
minibus: unde juvena. in dicta Sa-
ty-

tyra, Spes nulla ulterior, didicit nam dives avarus tantum admirari, tantum laudare disertos, ut Pueri Junonis avem, id est pavonem admirantur & laudant: quia laudato nihil porrigunt, sed si possunt, plumas auferunt. *Plena ferunt.*) Maro significantius distenta dixit. *Alba*

*Mul-
etralia.*) id est, mulcetas, hoc est, *vasa in quæ mulgetur lacte albican-*

*Cym-
bia.*) id est, vasa incurua, in

merem cymbarum facta. *Carmina*

laudatis) sicut jam Juvenalis dixit.

Siquid concinnius) id est, modulatius,

& ut Persius, *Siquid tamen aptius*

exit, Plauditis, id est, applauditis. *Va-*

nas laudes) quia nihil commodi affe-

rentes. Nam Probitas laudatur

& alget. *alget*) quia nudus & ita al-

gore conficitur. Juven. Tædia tunc

subeunt animos, tunc sequi suam-

que Terpsichorem odit facundà, &

nuda senectus. Et post, Neque

enim cantare sub antro Pierio thyr-

sūmve potest contingere sua Pau-

pertas, atque æris inops quo nocte

dieque Corpus eget, satur est, cùm

dij-

dicit Horat. ohe. &c. *Omnem operam gregibus.*) Juve. Pectora nostra duas non admittentia curas, Magnæ mentis opus. *Mapalia*) i. casas & tuguria. *Sepe*) sepimento, est ablativus à nominativo seps. *Nihil super est oci*) pro oci. Enumerat autem negotia pastoralia, volens à consimili etiam alia intelligi. *Tibi penula*) i. Penula vestis exterior attrita. *Sylva implu.*) i. foliis spoliatae. *Fert omnia vic.*) i. aufert, sicut Maro, Omnia fert ætas, animum quoque. Victus autem, vias, id est, necessitas edendi ut vivas, aut victus, id est, cibus quo vivas, fert) id est, absimit, *Lenitum*) id est, lanam, *fetusq; mares*) id est arietes, & tium. hædos aculeatos reliquos. *Non vendimus agnas*) quia ad futuram propagationem recipiunt eas. *Lac pascunt*) i. sugunt & absunt dum pascuntur. *Premitur nihil*) id est, non fit caseus mollis. Maro, & profici copia lactis. *Hubera siccant*) ex Maronè est, ut alia multa.

Pænitet ingenii, si quid mihi pænitet 18
artis,

Penitot & vita, postquam mihi nulla
secundant

Ex tot sideribus, quot sunt in nocte
serena.

Hactenus, ut nosti gratis cantavimus,
at as.

Indiga pectorum, morbos fuit: altera
longè (ogenos
Conditio senii, quod nunc subit, omnium
Reddit, & extinctionis lucri spem viribus
aufert.

Mox erit utendum partis, modò querere
tempus.

En formica brevis, sed provida bestia
condit

In brumam nova farra carnis astate
latebris,

Neve renascantur fruges secas ore
sepultas.

Syl. Scire genethliacos fatalia sidera
dicunt,

H̄i sub Mercurio vates, & sub Jovere ges
Magnates quo locant: istis dàt Juppiter
aurum

Aq. magistratus, dat Maie filius illis
Ingenium, linguam, citharas, & carmi-
nis artes.

Has

Hac tua sors, quid queris opes? Deus
omnia in omnes

Dividit, ut melius nobis videt esse futurū.

Sor te tu a contentus abi, sīc cetera nobis.

Cand. Sunt tibi divitiae mihi carmina,
quid petis ergo

Carmen, & invadis partes, Sylvane,
alienas?

Syl. Non tibi surripiò carmen, nec Apol-
linis arma,

Sed dare dulcisonis aures concentibus
opto.

Can. Si gaudere meis igitur concenti-
bus optas,

Nos gaudere tuis opibus, Sylvane, decd-
rum est.

Syl. Ille meis opibus gaudet qui diligit,
odit (moloſto).

Invidus atque animo bona fert aliena

Can. Sic quoque tu nostris absens gau-
dere camenis.

Sat potes, hæc artis sat sint tibi gaudia
noſtre.

Carmina ſunt auris convivia, casus oris.

Si cupis auditu, fac nos gaudere palato.

Hoc amor, hoc pietas, hoc vult: Deus
omnia non dat

Omnibus, ut nemo sibi sit satis indigent;
Alter ope alterius, quæ res conjungit in
unum

Omine genus, Gallos, Mauros, Italos, &
Iberos.

Pænitet ingenii.) Prosequitur
Candidus quærelas suas. Pænitet in-
genii.) i. habere ingenium ad car-
mīna aptum. si quid mihi) scilicet est
ingenii. Multa secundant) i. prospe-
ra sunt, ut ventus & fluctus secun-
dus, id est, sequens & à tergo ve-
niens navigantibus. Quot sunt) i.
apparent. Non enim plura sunt.
gratis) id est, sine mercede, sed ætas,
Indiga. scilicet juvenilis. *Indiga) id est, in-*
digens paucorum: non enim sub-
jecta est morbis, nec tanto eget mu-
nimento contra frigora. Quod sci-
licet senium nunc subit) i. subripit non
animadvertentibus nobis. Omnia
egenos reddit) vidimus Juvenalem,*
Extinctis lucri spem viribus aufert.
Mox erit utendum partis) id est, ac-
quisitis in juventa. Nunc quarere.)
pro quærendi, i. acquirendi tempus)
subaudi, est. En formica) Salomon
pro-

proverb. 6. Vade ad formicam,
o piger, & considera vias ejus, & di-
fce sapientiam, quæ cum non ha-
beat ducem nec præceptorem, nec
principem, parat in æstate cibum
sibi & congregat in messe quod
comedat. Et 30. Formicæ popu- Formi-
lus infirmus, qui præparat in messe
cibum suum. Horat. 1. sermo. Si- ca.
cut parvula (nam exemplo est)
magni formica laboris, Ore trahit
quocunque potest, atque addit acer-
vo. Quem struit, haud ignara ac
non incauta futuri. In brumam id Bruma
est, ad brevissimum diem, ut est in
solstitio hyberno. Ordo est, Condit) Condi-
id est, abscondit æstate, id est, per ta.
æstatem cavis latebris farra nova.
Néve) pro neque, & ne, Renascan- Néve.
tur) id est, germinent. Secatore) id
est, germen auferendo dirumpit.
fruges sepultas) i. absconditas in ter-
ris. Genethliacos) i. de genesi & na- Gene-
tivitate judicantes, qui inspecto na- thlia-
tivitatis horoscopo, futuram vitam
prædicunt. Hi scilicet genethliaci
& mathematici, locant sub mercurio) cos.
L 3 i. ho-

i. hora nascendi qua Mercurius dominatur. *Vates*) i. prophetas & poëtas, & omnes prudentes cautos, & ingeniosos. *Et sub Jove reges magnatesque*) Unde secundum Homerum in Iliade, Honor autem ab Jove est. *Maja filius*) i. Mercurius, *dat illis*) scilicet vatibus sub se natis ingenium, & ita vult eos contentos esse debere sua sorte, dicens: Sorte tua contentus abi, *sine*) i. derelinque, *cætera*) i. divitias & opes *nobis*) id est, qui ingenium & carminis artem non habemus. *Quid petis ergo carmen?*) subtilis objectio. *Non tibi surripio carmen*) Callida quoque responsio. *Nec Apollinis arma*) citharam scilicet, cuius est inventor, ac cætera instrumenta musica: quia in medio residens complectitur omnia Phœbus, est enim princeps musicorum. Horatius, Lyræ solers & cantor Apollo. Unde secundum Plinium, heroicum carmen oraculis Apollinis debemus, Et ideo Augustus illi ædem consecravit, ad quam carmina Phœbo digna ferantur,

tur, de qua Persius: Ad sacra va-
tum carmen affero nostrum. Juv.
Musarum & Apollinis æde relicta,
&c. *Si gaudore.*) Rursus acris obje-
ctio & subtilior purgatio, sed subti-
lissima rursum rejectio. *Carmina*
sunt auris convivia, casus oris.) Pul-
chrum & proverbiale id est. *Qua*
res conjungit in unum.) Id verè dicit,
nam propter egestatem & mutua
auxilia sunt inter varias nationes
commercia. *Iberos*) id est, Hispanos.

Sidera jungamus, facito mihi Juppiter (3)
ad sit,

Et tibi Mercurius noster dabit omnia,
faxe,

Pileolum, virgam, citharas, nōndum (7) ✓
Herculis, alas,

Syl. Vana supervacuis inculcas plurime
verbis.

Can. Vana inquis quædamne tuis inferre
videntur

Divitis, si vix nostras audire camenæ,
Erue sopitam de sollicitudine mentem.
Vult hilares animos, tranquillaque pa-
etor a carmen.

Torpeo, ut esuriem patiens & frigora
milvus.

Jam dudum squarroſa cutis, ſitis occu-
pat ora.

Nec pecus in stabulis, nec in agro faxra,
nec aurum

In loculis, & viis poſtit me vivere curis.
Non facit ad noſtros talis medicina do-
lores.

Fac alacrem, tege, paſce, gravi ſuccurre
ſenecta,

Invenies promptum verſu, & cantare
paratum,

Plena domus curas abigit, cellaria plena,
Plena penus, pleniq; cadi, plenq; lagenæ,
Horrea plena, greges lati, gravis are-
crumena,

Tunc juvat hybernos noctu vigilare
decembres

Anſe focū, & cineri ludos in arare bacillo,
Torrere, & tepidis toſtas operire favillis
Castanas, plenoque ſitim reſtinguero
vitro,

Fabellasq; inter netas trivere puellas.

Tityrus (ut fama eſt) ſub Mecenate vo-
tuso. (canebat

Rura, boves & agros, & martia bella
Al-

*Altius, & magno pulsabat sidera cantu.
Eloquiū fortuna dabat, nos debile vulgus,
Pannosos, macie affectos, farragine pastos.
Aonia fugiunt musæ, contemnit Apollo.*

Sidera jungamus) i. Jovem cum Mercurio i. communica mihi dona Jovis, & communicabo tecum dona Mercurii. *Faxo*) id est, faciam, *Faxo.*
ut Mercurius noster) i. poëtarum pater, & ingenii largitor, *det tibi pileolum*) i. galerum, qui Mercurio affinatur, quod semper terè radiis solaribus quasi galero tectus sit. *Virgam*) i. caduceum: unde Maro Æneid . 4. Tum virgam capit, hac animas ille evocat orco Pallentes, alias sub tristia tartata mittit, Dat somnos adimitque, & lumina morte resignat. Illa fretus agit ventos, & turbida tranat Nubila. Id autem ex ultimo Iliados sumptum videtur, qui locus sic versus est: Tum virgam capit, hac oculos Deus excitat ipse, Hac dulces ivadet somnos, & lumina claudit. Macrobius lib. i. Satur. scribit caduceum duabus draconibus ornatum fuisse, ma-

re & fœmina, in nodum obligatis
invicem parte media voluminis
sui. Unde Martial, libro 7. Cylle-
nes cælique decus, facunde mini-
ster, Aurea cui torto virga dracone
viret. *Citharas* quia tetrachordum
invenit, id est, quatuor chordarum,
cùm Apollo. 7. chordarum invenis-
set. Unde Horat. lib. I. carm. Cur-

Nodus vae lyræque parentem. *Nodum*
Hercu- *Herculis* i. inextricabilem, qualem
lis. Hercules invenit, qui nec prin-
cipium nec exitum habere videba-
tur, qui tamen dissoluerit dives
erat: hunc in caduceo jam ex dra-
conibus consertum diximus. Alii
Herculanum nodum dicunt, non
ad Hercule inventum, sed à Mer-
curio: verùm ab Hercule dissolu-
tum, non quidem arte sed vi, quod
& Alexandrum Magnum fecisse di-
cunt. Uterque tamen, & Mercurius
mercium ac mercatorum deus, &
Hercules, divitias quibus favent
conferre dicuntur: unde Horatius,
Dives amico Hercule & Persi. O si
sub rastro crepet argenti mīhi seria
de-

dextro, Hercule. Antiquitas enim (ut scribit Diodorus) fabulata est Herculem dixisse, postquam ad deos translatus erat, qui sibi decimam bonorum dicarent, vitam felicem vieturos, quod Lucullus ditissimus & alii Romanorum pluri-
mi fecerunt, usque adeò ut ex deci-
mis illi templum egregium trans
Tyberim adificârint. Per nodum
ergo intelligam difficultatem ac-
quirendarum quas uterque con-
fert, Mercurius quidem ut frame-
to & ingenio cauto: Hercules vi,
qua aurea mala abstulit. *Alas*) qui-
bus à diis ornatus mittitur, ut *Æne-*
id. 4. Hic primum paribus nitens
Cylleñius alis, Constitit, &c. *Vult*
bilares animos) Unde Ovidius, Car- Squa-
mina proveniunt animo deducta rosi.
fereno. *Squarrofa cutis*) Squarrofi
dicuntur, quorum cutis exurgit
ob assiduam illuviem. Lucilius,
Verorum ac rapidum squarrofa in-
incondita rostra. *Promptum versu*) i.
ad versum, videri potest dativus
antiquus. *Plena domus*) scilicet di-

divitiarum, *curas abigit*) quod tamen multis contrà evenit. Nam ut dicit Juvenal. Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. *Horrea plena*) legam melius hordea plena. *Grege lati*) i. pingues, qui lætitiam adferunt dominis, aut bene curati, & ita reverâ læti. *gravis*

Crumē ære crumenæ) i. marsupium, ut quina. *dam* dicunt, ære) pecunia, quia

Mariō. ærea primum fuit: unde ærarium, quem fiscum nunc appellant. *Ludos inarare*) id securi faciunt rustici, divinare facientes quem sulcum,

Bacillū tetigerint. *Bacillo*) parvo baculo, & dicitur in nominativo hoc bacil-

Farrago. lum. *Tityrus*) i. Virgilius. *Farragine*) pulmentario ex farre facto. *Aoniae*)

Aoniz. quæ in Phocidis montibus, quos Aones olim inhabitaverunt, frequentes sunt.

92) **Syl.** *Si sperata mihi dederit fortuna quod opto,*

Candide, praesenti te sollicitudine solvā.

Can. *Outsinam, Sylvane, foret tibi tanta voluntas,* *(cultas,*

Quanta est hac etiam tibi tempestate fa-
Non

Non ego divitias Cosmi, non Serica posco
 Pallia, non tyrias chlamydes, non prandia
 regum,

Non patina, ^mEsopi famo, clypeumve
 Minerva,

Nilopus est registaribus, cui ferrea nomen
 Tradidit, aut, si mens non fallitur, anea
 barba. (Umbro,

Hac me jam pridem memini didicisse sub
 Postulo vestitum, pecto victimum sub lare
 parwo,

Certior istud opis toti non defore vita.

Sint mihi Pythagora mensa, Codrius
 suppelleo.

Sepè alios, qui spem dederint, inveni-
 mus ore (uni.

Magnificos, sed remodicos, tibi fidimus
 Tu mihi si fueris mendax, praeciditur
 omnis

Spes, ut solstitio fiam Philomena reversa,
 Mutus & elinguis, suspendere postibus
 arma

Tempus erit, clausoque abigi spectacula
 circo.

Si sperata, &c.) Graphicè ostendit quod Ovidius dicit, quia pollicitis dives quilibet esse potest. Non
 ego

ego divitias *Cosmi*,) Alii Cosmæ legunt illius Florentini ditissimi, sed & *Cosmi* multi fuerunt divites, congruumq; est divitibus nomen: nam *κόσμος* dicitur ornementum & mundus, *κοσμίων* idem est quod orno, unde & Latini mundum pro ornamento accipiunt, dicentes mundum muliebrem, quæcunque ad mulieris ornatum faciunt. *Nos*

Sericæ. *Serica posco pallia.*) Seres populi sunt circa Indiam, apud quos sunt arbores lanigeræ sine vermis, quarum frondium canitiem depectunt aqua perfusa: ex quo vellere vestimenta conficiuntur, quæ serica appellantur, ut auctor est Plinius: unde & Maro, Velleraque ut foliis depectunt tenuia Seres. Errat autem Servius qui Serica à bombycibus confici vult, cum combyces non apud Seres, sed in Arabia & Insula Co. peculiariter proveniant. Qui quidem bombyces vermiculi sunt, telas sive aranearum modo texunt, ad vestem luxumque fœminarum, quæ bombycina appellantur.

Bombyces.

tur. Juvena. Quarum delicias
pannus bomycinus urit. *Non tyrias Bom-*
chlamydes) i. vestes ex purpura di-
bapha, id est, bis tincta, ut apud Ty-
rum fiebat: & idcirco in magno
erat precio. *Non prandia regum*)
i. prædivitum. Persius, In luxum &
prandia regum. *Non patinam Aesopi*
pi) i. qualem procuravit Aesopus, patina:
non fabulator ille Phrygius, sed
Romanus histrio, qui filiis ex quæ-
stu histricone ducentos festertiūm
reliquit, quas opes filii absumpse-
runt: unde Hora. 2. serm. Filius
Aesopi detractum **ex** aure Metel-
læ, Scilicet ut decies solidum exor-
beret aceto Diluit insignem bac-
cam, id est, margaritam seu unio-
nem precio decies festeriorum,
aceto liquefecit & absorpsit. Et ita
filius hic notaretur, qui etiam Aesop-
pus dici potuit: literæ omnes diffa-
mant patinam Aesopi, unde & Be-
roaldus, Jam patina Aesopi, cedat,
jam luxus apici, Et Ptolomæorum
prodiga luxuries. *Clypeum vè Miner-*
va) id est, quanti æstimata est ægis
in

in pectore minervæ, quæ prudenteriam denotat, quia pectora sapientium muniuntur. *Nil opus est regis laribus* i. domibus aut ædibus. *cui ferrea, &c*) Quidam Pyrrhum intelligerent, qui (ut Servius tradit) cùm à patre vocaretur Neoptolemus, postea dictus est Pyrrhus, à colore pilorum, quia subrufus erat: ego autem intelligo de Nerone aut majoribus ejus, qui æneam dicti sunt habere barbam, atque ænobarbi vocati. De qua re sic dicit Sipontinus: *Ænobarbus*, hoc est, rutilam & quasi æneam barbam habens, fuit cognomen Domitiorum, ex qua familia Nero fuit. Auctorem autem originis pariterque cognominis habuerunt L. Domitium, cui jure quondam revertenti, juvenes gemini angustiore formâ apparuerunt, iussieruntque nunciare senatui ac populo Romano victoriā, de qua adhuc incertum erat, atque in fidem majestatis adeò permulsiſſe malas, ut ē nigro rutilum æriq; assimilē capillum redderent.

Quod

Pyrh,

**Æno-
barbus**

Quod insigne mansit & in posteris ejus, ac magna pars rutila barba fuerunt: unde Cneum Domitium Neronis atavum, qui in tribunatu suo pontificibus offendior fuerat, quod alium quam se in patris sui locum cooptassent, jus sacerdotum surrogandorum a collegiis ad populum transstulerant, ac in consula-
to Allobrogibus Alvernisque superatis elephanto vectus fuerat, turba milium quasi inter solennia sacrificii prosequente. Lucius Crassus orator dixit non esse mirandum quod æneam barbam haberet, cui os ferreum, por plumbeum esset, hæc ille. Quia ergo Neronem constat palatum sumptuosissimum extruxisse, estque de Ænobarborum familia, de illo intelligendum putem: unde dicit Svetonius in ejus vita, quod non alia re damnosior quam in ædificando fuit. Nam domum a Palatio Exquiliis usque fecit, quam primò transitoriam, mox in incendio absumptam restitutamque, auream nominavit, de cuius

spatio atque cultu sufficeret hoc restulisse: Vestibulum ejus fuit, in quo colossus ducentorum. viginti pedum staret, ipsi effigiei tanta laxitas, ut porticus triplices miliarias haberet: item stagnum maris instar circumseptum ædificiis, ad urbium speciem, & reliqua quæ prosequuntur. Tranquillus ibidem. Dubitat autem an ferrea barba illi nomen dederit, vel quod ferreus, id est, durissimus esset, vel quod os ferreum dictus est habuisse Dornitius, vel quod rusticò congruit de notinis eaussa dubitare: sicut ille, In medio duo signa Conon & quis fuit alter, Descripsit radio torum qui gentibus orbem. Hæc me jam pridem memini didicisse. Valla diceret, non est dicendum jam pridem didicisse, quia persistentem actionem & præsens tempus efflagitant, jam pridem jam dudum, jam olim, aut olim jam. Verum licet durius posset dici, jam pridem memini: at Agretius negabit recte dictum, memini didicisse.

Vult

Vult enim, memini, cum præsen-
ti construendum; sed Valla con-
trà sentit in Rauden. unde & Per-
sius, Nec in bicipiti somniasse Par-
naso memini. *sub Umbro*) de quo
prius dictum est. Id autem addit nę
contra decorum peritior haberetur
pastor, aut ut præceptoris suo non
ingratus sit, quem neſcio an Sipon-
tinum dicam, à quo plurima sum-
p̄isse videtur. *Sint mihi Pythagore* Pytha-
mense) qui carnibus abstinuit, &
ventri indulxit non omne legu-
men, quia etiam fabis abstinuit, sed
herbis vescebatur crescentibus in
hortis, unde epulum possit centum
dare Pythagoreis. *Cordique supplex*)
pauperis poëtæ ac philosophi, de
quq Juvenalis satyr. Lectus erat
Codro pocula minor urceoli sex,
Ornamentum abaci, nec non &
parvulus infra Cantharus, & recu-
bans sub eodem marmore Chiron.
jamque vetus Græcos servabat ci-
sta libellos, Et divina opici rodebant
carmina mures. Nil habuit Co-
drus (quis enim negat?) & tamen

*Pytha-
goras.*

Cord.

M 2 illud

illud, Perdidit infelix totum nil :
hæc ille. *Ore.*) i. pollicitationibus.
magnificos, sed rō) i. exhibitione
pollicitorum modicos. *Tibi fidimus*)
i. confidimus. ego fiam philomena
reverso solstitio, quia mutus &
elinguis, id est, nihil canam sicut
nec philomena, quæ in Vere præci-
pue canit.

Arma. *Suspendere postibus arma
tempus erit.*) Arma, i. fistulam & ple-
ttra & cætera instrumenta musica-
lia: alludit tamen ad arma pugi-
lum, qui ad postem Herculis fige-
bant arma sua, quando essent eme-
riti aut amplius exercere nollent:
sicut & cæterorum officiorum diis
sua, quicunque amplius utinollent,
suspendebant arma. Et *tempus erit*
Circus. *abigi spectacula*) i. spectatores, *circo*)
id est, theatro clauso.

III) **Syl.** *Candide, vidisti Romam, sanctig-
senatus*

*Pontifices? ubi tot vates, ubi copia rerū
Tantarū, facile est illis diteoscere campis.*

Can. *Dicioris, me velle putans diteoscere
vesci,* *(escis,*

Et lupus omne animal crudis existimat

Tug.

Tuḡ putas alios ; quo tu pede , claudere
passum.

Non ego ditari cupio, sed vivere parvo,
Iac habeam tenuē sine sollicitudine victū.
Hoc contentus eam. Romana palatia vidi,
Sed quid Roma putas mihi proderit,
 ô Sylvane ?

Occidit Augustus, nunquam redditurus ab
orco. (aurum ,
Si quid Roma dabit, nugas dabit, accipit
Verba dat. heu Romæ nunc sola pecunia
regnat.

Exilium virtus patitur, sperare jubetur
Undiq, & in toto vates spe pascitur orbe,
Syl. Dic pugnas, dic gesta virūm, dic
pralia regum.

Vertore ad hos qui sceptratent qui re-
gna gubernant,
Invenies qui te de sordibus eruat istis.
Can. Inveniam qui me derideat & sub-
fannet.

Tempestate ista reverentia tanta poësi,
Quanta lutanari, quid me, Sylvane,
lacefisis? (pere verbis.
Syl. Non decet obscenis vatem prorūm-
Can. Non p̄ssim no i vera loqui, si vera
saceri

*Fortè volis, levibus mo' parce laceſſere
dictis.*

Utile consilium præſtare, laceſſere non eſt.

*Candide, uidiſti Romam?) Diserte
deſcribit morem avarorum, qui ne
juvent, alio mittunt opem implo-
rantes. Sancti que ſenatus Pontifices)
i. cardinales, ſicut canitur, Clare ſe-
natus apostolorum, quem cardina-
les repræſentant. Facile eſt illis dite-
ſcere campis) Ubi ſcilicet tot divites
ſunt. Deciperis, me uelle putans dite-
ſcere.) Non enim quæro diteſcere,
ſed victum & veſtitum quibus con-
tentus quis ſit. veſci) Ordo eſt, Et
lupus existimat) i. censit & jūdicat,
omne animal veſci crudis) i. incoctis,
eſcis) ſcilicet carnibus quibus ille ipſe
veſcitur. Tuq.) id eſt, & tu putas
alios claudere paſſum) id eſt ingredi-
eo pede quo tu) id eſt, moveri ea af-
fectione qua tu: per pedes enim ſæ-
pe intelliguntur affectiones; hoc
eſt, quia tu cupis diteſcere, cen-
ſes omnes id cupere. Tenuem ſine
ſollicitudine victum.) Non ergo af-
fluentiam petit, ſed ſecuritatem,
quām*

quam tamen Salvator sine sollicitudine à se sperandam docet: vetans ne solliciti simus quid bibamus & comedamus. *O Sylvano.*) Spondacius versus non ineptus, quia languorem animi loquentis & pondus rerum habet. *Augustus* id est, beneficis in poetas, Virgilium, Horatium, Tuccam, Varum, ceterosq; principes. *Nugas* pollicitationes *Nugas* inanes. *Sola pecunia regnat.*) Horat. Pecunia donat. Ovid. Dat census honores, Census amicitias, pauper ubiq; jacet. Juvenal. Quantum quisque sua nummorum servat in arca, Tantum habet & fidei. Et rursus Horat. Hos solos aijunt sapere & bene vivere, quorum Conspicitur nitidis fundata pecunia villis. Et iterum Juvenal. de Romanis loquens, Quandoquidem inter nos sanctissima divitiarum Majestas, etsi funesta pecunia templo Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras, Ut colitur pax atque fides, &c. *Exilium virtus patitur*) Idem Juvenalis,

lis, Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum, Si vis esse aliquid, probitas laudatur & alget. Criminibus debetur honos, &c. *Vates spē pascimur omnes*) quia nihil recipimus.
Dic pugnas dic gesta virūm) Aliud subterfugium avari. *Vertere Imperative a vertor.* i. sis conversus, & verte te ad hos, i. ad eos qui tenent sceptra.) i. ad reges, & subsannet) Item spondacius versus consimilis ratione conpositus. *Quanta lupanari*) id est prostibulo aut prostitutis. Lupas vocabant olim prostitutas, unde & prostibula lupunaria: hinc fictum volunt Romulum à lupa nutritum. *Non decet*) per alium se castigat. *levibus dictis*) id est, non parvis aut modicis, sed vanis aut contumeliosis, sicut mulieres leves quibus prostituta est pudicitia: dicuntur & mores leves qui inconstantes. *Me parce laceſſere*) parce, id est, abstine, ut Æneid. i. Parce mente Cytherea.

136) *Can. Consiliis locuples ego, sed pauperrima auri,*

Qui

*Qui pugnas, qui gesta virum, qui pralia
regum.* (posset)

*Dicet inops vates, cui nec quo festula
Aptius incidi, fieri, foramina culter.*

*Aspice ut excusis laxata manubria
clavis,*

*Ut dentata acies, veteri simillima ferre
Huc lores, sed mensa grave & intolera-
bile damnum,*

*Utile consilium firmat, sed inutile mente
Frangit, & extenuat vires, animumque
retundit.*

*Magnates dare parva pudet, dare ma-
gna recusant.*

*Adde quod & nostri curant ita carmina
reges,*

*Ut frondes aquilo, mare libis, vineta
pruina.*

*Ipsi ad dolicias reges & ad ocia versi,
Quod celebrant, laudari, optant, hinc
carmina manant*

*Perdita de studio Veneris, de scurrilitate,
Deganca, de segnitie, de infamibus actis,
Qua castum capitale nefas celebrare
poëtam,*

*Consilii locuples ego sed pauperrimus
auri.) Horatius etiam genitivo con-*

struxit, dicens: Horum semper ego optarem pauperrimus esse bonorum. *Qui* i. quomodo aut quo, i. quare dicet inops vates pugnas, &c. cui nec scilicet ē culter quo fistula possit aptius incidi, & quo foramina scilicet possint fieri.

Aspice ut manubria) scilicet cultorum, id bria. est, capuli quibus capiuntur, & tenentur in manibus, scilicet sint laxa-
rra) i. laxa & dissoluta, *clavis*) i. clavi-
culis quibus compinguntur, *excus-
sis*) hoc dicens ostendit cultrum.
suum. *Et aspice ut*) i. qualiter, *acies*)
scilicet cultri, i. acuta ejus pars, *se-
dentata*) i. in morem serræ in dentes
effracta: unde addit, veteriq; simili-
lima serræ, quam Dædalum inve-
nisse quidam volunt, ad similitudi-
nem maxillæ serpentinæ. *Hoc dem-
num*) scilicet de juramentis & vesti-
eti, *est levo*) i. tolerabile, *sed mensa*)
i. vietus, est grave & intolerabile.
Magnares dare parva pudet.) quia ut
dicit Horat. Magnos magna decent.
Sed hoc vaframento scimus non
nullos usos, dicentes petentibus ma-
gna

gna indignos esse qui magna recipiant: & exiguum quiddam orantibus, se non decere tam exigua munera conferre. *Vt frondes aquilo*) qui eas nihili facit, *ut libs*) ventus liby- Libs.
cus, curat mare) in quod sa pè sœvit,
& ut pruina) i. ros congelatus, aut gelu matutinum, curant *vineta*) i. vites, quod etiam nihil est, quia etiam congelantur. *Ipsi ad delicias*) Ordo est, *Ipsi reges*. i. præpotentes, *versi ad delicias*) i. delectationes & ille-
cebras carnis, *& ad ocia*) id est, desidiam, optant laudari *quod celebrant*) id est, oblectamenta sua, *studio Veneris*) id est, amoribus impudicis. *de scurrilitate* id est, inhonesta dicaçitá-
te, *de ganea*) i. caupona & gulosita- Ganea
te, *de segnitie*) i. desidia. Dicuntur enim segnes seorsum ab igne qui Segnes
activissimus est, tepidi & ignavi. *De infamibus actis*) i. privatis, cùm gesta sint tere publica. Melius autem (au-
toore Valla) acta quā actus in hac si- gnificatione dieimus, Quæ castum capitale nefas celebrare poëtam. Idem sancte & Catholice sentit in opus-

opusculo contra impudicē scribentes, unde explodenda est Catulliana sententia : nam castum esse decet piūm Poetam ipsum, versiculos nihil necesse est, qui tum denique habent salem & leporem si sunt molliculi ac parūm pudici. Cui tamen multi gentilium subscripserunt, unde ad Voconium Poëtam Adrianus imperator : Lascivus versu, mente pudicus eras. & Ovidius de se, Crede mihi, mores distant à carmine nostro, Vita verecunda est, musa jocosa. Et Marti. Lasciva est nobis pagina vita proba.

153) *At qui dura manu gesserunt bella potenti,
Fortitker utentes ferro , non molliter
auro,*

*Dilexere graves musas, heroica facta,
Qui faciunt reges , heroica carmina
laudant.*

*Ut cessere viri fortes & mascula virtus,
Dicendū altiloqui nihil invenere poëta,
Occidit ingenium vatūm, ruit alta poësis:
At si forte aliquis regum gerit aspera
bella,*

*Et decus armorum studiis belloḡ paravit,
Nil*

*Nil genus externum, venturaqz secula
curat.*

*Laude sua gentis satur & presentibus
annis.*

*Barbarus est, neqz carmen amat, vel ava-
rus in auro*

*Mergitur, atqz, Mida curis flagrantibus
ardet.*

*Est & apud reges rufus, invida, rustica
turba,*

Mimz, adulator, leno, assentator, adulter,

Histrion, scurra, quibz, virtus odiosa poëtas

*Mille modis abigunt, ut quando cadavera
corvi*

Inveniero, fugant alias volucresqz, ferasqz.

*At qui dura &c.) At particula ad-
versativa locum habet ubi contra-
ria necimus jam dictis, ut dictum
de Ænea in fine tertii, factoque hic
fine quievit: subdit de Didone in
principio quarti, At regina gravi
jamdudum saucia cura. Pulchre
ornat carmen Epithetis, quæ sic
construuntur: At qui gesserunt po-
tentि manu dura bella fortiter, &c.
dilexere graves musas reges, qui fa-
ciunt heroica facta, laudant heroica
car-*

Ut. carmina. *Ut*) id est, postquam, *viri fortes cessere*) id est, è medio sublati sunt, quia fortes cedere nesciunt. *Et mascula*) id est, virilis virtus. *At si fortis?* Bene occurrit argumento quod jam cuivis in promptu est. Nam si heroica gerentes, heroicis gaudent carminibus, quæras cur ad illos non abeat, illosque canat Candidus: ad quod respondet raro quidem esse qui heroicè vivant, & si qui sint, eos non habere curam de æterno nomine.

Midas. *Mida curis*) id est, avaritia, qua ductus petuit à diis, ut quidquid contingere, aurum fieret: quo impetrato, inedia absumpitus est, nam & cibus & potus in aurum versus est. *Est & apud reges, &c.* Alia causa cur apud reges non sit bonis Poëtis locus, quia illic sunt literarum & probitatis hostes, utpote rudi & rusticæ turba, cum Poëtæ sint pauci urbani & eruditæ. *Mimus*) id est, gestu corporis morum imitator, cum Poëta gravis rem more philosophorum severè narret. *Adulator*) cum poëta sit seyerus, *Lena*) cum verus Poëta

Poëta sit turpitudinis omnis hostis
& expulsor. *Assentator*) cum poëta
sit virtutis laudator. *Adulter*) cum
nihil misis sit magis contrarium
quam adulterium : nam quæcumque
Poësis aptantur casta sunt, ut
Pierides, Minerva, Daphne, fontes.
Hystrio y cùm poëta suæ dignitati
consulat: quibus scilicet omnibus
virtus odiosa. *Poëtas millo modia ab-
gunt*; quasi à præda inventa, ut
quando cadavera corvi invenere.
Aptior esset similitudo si honesti à
rebus honestis abigantur per inho-
nestos, ut apes à floribus per ara-
neas.

Sunt etiam rutes quidam sine lege pe- (71)
tulci, (audient,

*Qui sine lege aliis, sine preceptoribus
Quidquid amant reges, & amanti in-
famia solum*

*Scribere, rute rutes etiam dementie
ruxat.*

*Hic senectio qua mensis levitate poëtas
Ese valunt, postquam erubitione ora
cicus is (jactant,
Applicuere, sibi applaudunt, sua carmina*

18-

*Infulsi, illepidi, indociles, improvidi,
incepti,*

*Qui solet his vacuas prabero ambagibus
nures,*

*Id vitium communiputat, doctisq; resistit
Vatibus à vero indoctus discernere
falsum.*

Syl. *Candide, per superos, per olympica
numina juro.*

*Metribi (si venti ueniāt ad vela secundi)
Latram auxilium, meliora in tempore
vive,*

*Nec paulisper adhuc motū sperare recusa.
Cán.* si mihi sic optas, tibi sit, Sybene,

quod optas.

Syl. *Opto equidem, dictumque fidec non
sora sequetur.*

Cán. *Vade malis avibus, nunquam redi-
turus aware,*

*Et facias subito, quidquid tractaveris,
anrum*

190) Mero Mida, quando virtus tibi dilatatur
anro.

*Sunt etiam vates.) Docet tertiam
caussā cur poëtis non sit apud reges
locus, quæ est, quia multi versicu-
lorum ineptorum factores, &c. tur-
pis*

p̄is vitæ homunciones, sacrum po-
 ßtarum nomen indignissimè sibi u-
 surpant: quod ægerrimè patitur.
 Horatius dicens in arte, Descriptas
 servare vices operumque colores,
 Cur ego, si nequeo ignoroque poëta
 Salutor? Petulci) i. petulantes, au- Petulci
 dentes quæ non possunt. Nam vates
 etiam dementia vexat) non equidem
 graves, sed leves & futilēs. Trivi- Trivia-
 alibus ora cicutis) Cicutā est herba fi- lis.
 stulosā, qua pastores canere sole- Cicuta.
 bant. Maro, Est mihi disparipus se-
 ptemi compacta cicutis Fistula.
 Idem, Non tu in triviis indocte sole-
 bas stridenti miserum stipula di-
 sperdere carmen. Vnde trivialis
 dicuntur exodia, id est, rustica car-
 mina, quæ in compitis ab indocta
 rusticorum pube in compitalibus &
 ambarvalibus cantari solebant. Sibi
 applaudunt) sibi placentes, sua carmi-
 na jactant) existentes insulsi, i. sine
 salibus. sermonis illepidi i. sine lepore
 ac venustate sermonis. Indociles)
 guia discere nolunt, & ita incorrigi-
 biles. Improvidi) quia non videntes

se ad interitum tendere, & alios du-
cere? *Inepti*) id est, amusi, & ab
omni aptitudine tum verborum,
tum factorum abhorrentes. *Amba-
gibus*) id est, verborum inculca-
tionibus, cum artēm veram non ha-
beant. *Id vitium commune putat*) &
ita rejicit bonos propter malos. &
vero indoctus) id est, nesciens discer-
nere falsum. *Candide per superos*) Vi-
dens Sylvanus Candidum virtutis
amatorem, verumque Poetam,
pollicetur operām cuī juramento,
nihil tamen confert ī eūm. *Per*

**Olym-
pica.** *olympica*) i. per cælestia, nam pro-
verbiale id est, si res prosperē mihi
succedant, & eveniant mihi quæ
opto. *Meliora in tempora vivo*) Vir-
pil. *Aeneid.* i. Durate & vosmet re-
bus servate secundis. *Paulisper*) per

Fides. paululum temporis. *Fides non sera*)
id est non tardē faciens quod dixi.
Nam fides videtur, Auctore Cice-
rone, dicta, eō quod fiat dictum, si-
ve quod dictum & conventum est.
Candidus autem non contentus
pollicitationibus, imprecatur in
ab-

abeunte omnia mala, dicens: *Ka-*
de malis avibus) id est, malo auspicio,
 quasi dicat in rem malam. *nunquam*
rediturus avare) hoc autem videtur
 dicere in absentem quasi obmuri-
 rando, postquam se nihil rece-
 pturum speravit. Et facias subito,
 quidquid tractaveris, aurum *More*
Mida) de quo jam diximus. *Quan-*
do) id est, quando quidem, *virtus ti-*
bii vilior auro) scilicet est, cum tamen
 Horatius in epistolis contradicat,
 Vilius argentum est auro, virtuti-
 bus aurum.

ECLOGA VI.

*De Civium & Rusticorum**Disceptatione, in-*
scripta.

CORNIX.

Colloquintores.

CORNIX & FULICA.

Ningit hyems, mugit horeas, à cul-
 mine pendet
 Stiria, depositis bobus requiescit arator,

N

Doro-

Dormit huius, clauso pastor tunicatis
Inclusus, solusque orulit.

Cessat iners, sedet ante focum sumoſe

Neara, (aſtas)

Atq. Polenta coquit. Brivis intolerabilis

Nunc laudatur, byems aſta laudata man

us, (aſtas) leſto

Displacet, optatum dāmnat præſentia
frigus.

Ful. Omne bonum præſens minus est,
ſperata uidentur.

Magna, velut majus reddit diſtantia
lumen.

Cor. Delicias habet omne ſuus, & gau-
dia tempus.

Aspice ut impexi, erit aqua in ueste ligati,

Cade ſuum pueri exultant, inflatur in
utrem

Immisis vefca fabis, ſonat & micat,
acta

Nunc pedo, nunc cubito, ſtricto nunc
obruia pugno.

Sic cadit, at collunt, curſu labor at quo re-
curſu (vincit.

Brumam abigit glaciale gelu pila rufſica

Nos tamen hic melius tepido ſub stramine
foci

Trans-

*Transigimus tempus, dum lac coit igne
recoctum.*

*Ful. Pauperem declarat hyems: impro-
vidacertè.*

*Turba sumus juvenes, securi estate va-
gamur*

*Immemores hyemis, nostrum es tibicinis
omne est.*

*Ut redit è Scythia boreas, nidosq; volu-
crum*

*Frondibus ostendit nudata cadentibus
arbor,*

*Frigemus nudi scapulas, dorsum, ilia,
plantas.*

*Stultitiam declarat hyems, sapientius
urbes*

*Congeriem nummum accumulant, & ad
ilia vulpes.*

*Melotasque trahunt maculosq; tergora
lynxis.*

*Nèngit hyems. Contentio est inter
Cornicem pastorem qui partes ru-
sticorum agit, & Fulicam qui urba-
norum, de præstantia fortunæ
utrorumq; occasione, cuius multa
quasi satyricè dicuntur in mores
potius civium quàm rusticorum.*

Videntur autem tam **CORNIX**
quam **FULICA** pastorum nomi-
na: uterque enim se rusticum pro-
fitetur, & masculino genere nomi-
nat. *Hyems*) id est tempestas plu-
viosa & nivosa. *Boreas*) ventus fri-
gidus à septentrionali plaga, quæ
frigida est, flans. *Mugit*) mugitum
imitatur flatu alto. *Sturia*) id est, gla-
cies concreta. *Aculmine*) à tecto.
Dormit humus) sopitur nive & non
exercetur. *Pastor tunicatus*) quia o-
tiosus: unde dictum est à Poëta, Nu-
dus ara, sere nudus hyems ignava

Neara. *Neara*) conjunx rustica
fumosa) quia ferè ligna viridia aut
male sicca inurunt. *Atque polenta
coquit*) Ovidius, Quod coxerat ántè
polenta: reperitur tamen & fœmi-
ninum, cum hoc solum inter latina

primæ declinationis reperiatur
neutrū *Omnē bonum præsens minus est*)
i. minoris æstimator, quia nemo
contentus sua sorte. Vnde Horati-
us in principio Sermo. *Qui fit Me-
cenas ut nemo, quam sibi sortem
seu ratio dederit, seu sors objecerit*
illa

**Polen-
ta.**

illa Contentus vivat, laudet diversa
sequentes? Veruntamen id contra
usum venit, ubi minime opus, quia
bona terrena eò quòd præsentia
sunt, plus nos delectant, quam cæ-
lestia quæ futura sperantur. *Aspice
ut impexi*) Docet exemplis non re-
rum sed animorum esse discrimen,
nam pueri nudi etiam in hyeme
oblectantur variis. *ut cæde suum*) id
est, porcorum, ut vesicam habeant,
cujus agitatione brumale frigus su-
perant, & rustici pilam magnam
vento inflatam manibus pedibusq;
agitantes glaciale gelu non curant.
Pauperiem declarat hyems) id est, pau-
pertatem: est tamen interdum da-
mnum, ut si quadrupes pauperiem
fecisse dicatur. *Nos juvenes sumus tur-
ba improvida*) quia securi æstate va-
gamur. *Nostrum as*) i. pecunia no-
stra, *est tibicinis*) scilicet canentis ad
choream instituendam. *Cogeriem
nummum*) id est, nummorum per
syncopam. *& ad illa*) scilicet foven-
da & cooperienda trahunt.) id est,
contrahunt. *vulpes*) id est, pelles

vulpinas, & μηλωτὰς id est, pelles
ovinas, græcum est, cætera nota
sunt.

28) Cor. Desipiunt omnes, nec nos in crimi-
ne soli,

Immò ipsos vexat gravior dementia
cives:

Verum illis mater nabis fortuna novocca.
Nos premit infelix fors: est dementia,
fac sim

Fortunatus, ero locuples, ero primus in
urbē,

Audiar, assurgent omnes, me vertice
nuda (omnis
Vulgus adorabit: me plebs, me consules
Turba, magistratus etiam, populusque
patresque,

Ful. O Cornix Cornix, non est fortuna,
sed ipse,

Quo sapiunt homines, animus, fortuna
potentem

Non facit, immò deus, causam recitat
Amyntas,

Cor. Est fortuna deus, sed quid recitarit
Amyntas

Dic precor, in rausis erat ingeniosus &
acer.

An-

Ante tamen paulum pecus & praefesta
vise. (ito.)

Ful. Vade, redi, calor est post frigera dulcior,

Ful. Attingit pīx alta genu, vix tecta resistunt

Tanto oneri, sublēmis apex in vertice
furni

Pyramidem fecit, metāq; assurgit acuta.

Cor. Da pecori cōdūm, stipulisq; foramina clande

Si paries hiat, & rediens latamine muni
Limina, nulla gregi gravior quam fri-
gora pestis.

Ful. Jamne ades? ob quenam hac solito pro-
perantia major?

Ful. Sollicitum me reddit hyems in fri-
gore & igni.

Maxima strenuitas fōno recubare ca-
lenti,

Abscondiq; cava eccebitu post frigora
dulce est.

Cor. Incipio, & enarrā discrimina ruris
& urbis.

Despiciunt omnes) id graphicè docet
Horatius. 2. Serm. nec mirum, quia
stultorum infinitus est numerus.

Nos) scilicet rustici, unde se rustico
N 5. asse-

afferunt. *Verum illis mater*) id lepidé, quod Plinius de natura dicit, quæ nobis multa contulit magna & sæva mercede, ita ut non sit facile existimare, parénsne melior an sævior noverca fuerit. Infelix fors est paupertas, & tenuis fortuna est demens.

Demēs tia, id est, reputatur demens quis. cuncte pauper, unde Horat. in Epist. Hos solos a junt sapere & bene vivere, quorū Conspicitur nitidis fundata pecunia villis. *Assurgent*) id est, reverentiam & honorem assurgentes impendent. *Vulgaris adorabit*) id est, corporis gestu honorabitur.

Adora- nam adorantis etiam statuas ac re, crucem Domini, sed oramus tantum rationem habentes & sensum.

Orare. *Consulet*) id est, consilium poscet.

Non est fortuna) id vere. Juvenal. Sed nos te facimus fortuna deam. *Est fortuna déms*) Id ex falsa opinione & rusticè nam cùm deam neget nostra fides, etiam fortunam deum dicit: aut id facit Poëta quòd numina putabantur utriusq, sexus, unde de Venere Æn. 2. Descende ac ducen-

te

te deo. & de Alecto aut Junone g.
nec dextræ deus erranti affuit: unde in Cypro erat barbatæ Veneris
simulacrum, unde dictum est, Pol-
lentemque deum Venerem. Vide-
tur autem Cornix dominus aut sal-
tem major quam Fulica, quem mit-
tit ad caulas, quiabiturus dicit, At-
tingit nix alta genu. *In vertice furni*
ubi minimè consistere posse videtur
propter ignem, quod panis in eo co-
qui solet. *Pyramidem* id est, cum u- Pyra-
lum nivis in pyramidis formam: est mis.
autem pyramis, structura ex lapidi-
bus in morem ignis ascendentis, cu-
jus vertex acutius est extreitus,
quales in Ægypto leguntur miræ
altitudinis fuisse: de quibus Marti-
alis in principio. Barbara pyramidum
fileat miracula Memphis. Ad-
dit autem Cornix: *Dapecoris cordum*
Id autem dicitur fenum quod au-
tumno secatur, sicut corda frumen-
ta vocantur quæ serò maturescunt.
Latamine muni i. fimo, *Jamne ades*
Intelligendum est aliquantulum
moræ interfuisse, & interea tacuisse
Cor-

Cornicem. Omnia autem facilitiora
funt, quam ut expositione egeant.

54) *Ful. Hor igitur tantum ruris discretionis,*

& urbis

Taliter exortū noster recitabat Amyntas.
Principio rerum, primaque ab origine
mundi,

Cum muliere marem sociali fædere jun-
gens.

Cali opifex, (sic namque Deum appella-
bat Amyntas,

Nomen adhuc teneo) naros producere
jussit,

Atq; modum docuit, fieri quo pignora
possent,

Accinxere operi, mandata fideliter
implentes,

Sicq; utinam de pomi esu servata
fuissent. (puellam,

Fæmina fit mater, puerum parit, atq;

Atq; puerperio simili fæcunda quotannis,
Auxit in immensum generis primordia

nostri.

Post tria lustra Deus rediit, dum pignora
peccit,

Fæmina prospiciens, venientem à limine
vidit,

Adam

Adam aberat, securus oves pascebat,
adulter

Nullus adhuc suspectus erat, sed multi-
plicatus

Connubio, fraudata fides, sine cornibus
hirti (rito,

Facti, & zelotypo conjunx suspecta ma-

Nam quae quisquo facit, fieri sibi farta
veretur.

Erubuit mater, nimiāq; libidinis ingens ae/

Indictum rata tot natos, abscondere
quosdam

Accelerat, fæno sepelit, paleisq; recondit.

Jamque lares Deus ingressus, fabvere
penates

Fus sit, & bac, dixit, mulier tua pignora
profer;

Feminae majores natu producere mandat

His Deus urrisit, vel ut arridere solemus ae/

Exiguic avium pullis; parvisq; casellis,

Et primò latatus, ait, caput regia sceptrum,

Rex eris, at ferrum, & belli dedit arma
secundo,

Et dux induit, eris fasces, populiq; secures

Protulit, & vites, & pilae insignia Roma.

Jamq; magistratus celebros partitus in
omnem

Pro-

> line omitted: Vester erit uomer, uige uestra, agrestia uestra

Progeniem, humanos tacitus voluebat
honores.

Interea mater rebus gauisa secundis,
Evolat ad caulas, & quos absconderat,
ultrò

Protulit: hec dicens nostri quoque
pignora ventris,

Hos aliquo pater omnipotens dignabero
dono.

Setosum albebat paleis caput hascerat
Stramen, & antiquis que pendet aranea
tectis.

Non arrisit eis, sed tristi turpidus ore
Vos fænum, terram & stipulas, Deus
inquit, oletis.

Vester erit stimulus, vester ligo, pastina
vestra,

> Omnia, aratores eritis, pecorumque ma-
gistri,

Fœniseca, solifassores, nautæ, atq; bubuleti.
Sed tamen ex vobis quosdam donabimus
urbe,

100) Qui sint fartores lanii, lixe, artocopig,
Et genus hoc alii, soliti sordescere, semper
Sudare & toto servire prioribus ego.
Taliter omnipotens fatus, repetivit
olympum.

Sic

*Sic factum servite genus, sic ruris & urbis
Inductum discrimen ait Mantous Amyn-
tas.*

*Hoc igitur.) Apologo rusticano di-
scrimen urbanorum, & rusticorum
commemorat à Deo factum, sicut
& mercedum nonnulli sic dicunt
institutam differentiam. Nam cùm
mechanici à Deo, quantum merce-
dis exigenter, exquisissent, assignas-
sentq; futoribus, crepidariis, & plu-
ribus aliis quotidiano mercede con-
ducendis denarios binos, latomis
autem & fabris lignariis ac carpen-
tariis senos: disquisierunt priores
quantum possessionis ex tantilla
mercede compararent, respondit
quantum satis esset ipsis, & liberis,
quotannis jugerum. At reliquiis
quantum compararent petentibus,
respondit quotidiè tantum terræ
posse comparare, quantum per cru-
ra retrorsum bipenni projicerent.
Conati autem præ avaritia in lon-
gum projicere, in podicen proje-
runt, in quem ferè magnæ merce-
des nunc quoque projiciuntur.*

Præ-

Prætereà dicunt ranas & simias sic effectas, cùm muliercula scilicet Eva aut alia nimis fœcunda, vereretur venienti Deo omnes liberos prodere, occultata quosdam in furno, & quosdam sub vase elixorio: reliquis aut beneficio donatis, & negante phures habere, jussit Deus qui in furno essent, in simias converti, qui sub vase, in ranas ac bufo-nes. Talem igitur apogum ac fabellam anilem hic prosequitur auctor. *Modum docuit*) dicens, Crescite & multiplicamini, per coitum scilicet. *Accipere operi*) id est, ope-ram dederunt diligenter liberis procreandis. *Mandata fideliter im-plant*) Jucunda narratio, quia hodie quoq; ad illud præceptum plus a quo inclinantur. *post tria lustra*) id est, quindecim annos. Nemo au-tem sit mihi tam ineptus, ut histo-riam putet à poëta narrari. *Hinc iste cornibus*) i. fœdi adulteri. *Namque quisque, &c.*) proverbialiter & desertius quam illud, Qui fuit in furno, socium sibi quærerit in illo.

Sal-

Salveropeñates) i.e. familiares, & omnes in domo habitantes, *Tua pigno*. *Pighera*) i.e. natos, nam pignora natata. rum dicuntur pignora rerum. *Hic Deus arrisit*) i.e. annuit & blandus atque affabilis fuit. *Catellus*) i.e. canis foetui. & primo scilicet omnium, unde ad primæ genituræ jurâ alludit. *Fasces*) qui erant ex virgis, in quibus securis erat colligata: ferebantur autem à lictoribus post eos magistratus, qui in corpus & sanguinem animalia vertere poterant. Se- *Securis curis* à secando dicta quod intersecat, ut collum nocentium, & vites) *Vitis*. quibus centuriones & cæteri duces milites cædebat. Nam ex vite erat baculus, non ex alia arbore, ne severiores haberentur. saltem in concives: nam alios virgis cædere licebat. Juvenal. satyr. 8. Nodasam post hæc frangebat vertice vitem. Silenus pigra muniret castra dolabra. *Et pila*) quæ sunt Romano-*Pila*, rum tela. Lucanus: Signa, pares aquilæ, & pila minantia pilis. *Hæcerat armis*) id est humeris. *Stimulus*) Stimulus quo

- Ligo. quo boves instigantur. *Ligo*) instrumentum rusticorum, ut pastinum, quod bifurcum est ferramentum, quo pastinatio & repastinatio vinearum fit. *Fœnifeca*) i. secantes fœnum. Persius, *Fœnifeca* pingui vitiārunt unguine pultes. *Solifossores*) fodientes terram. Est autem una pars, nam si duæ essent, foli secundam produceret, quam composita corripiunt in mediis syllabis, dummodo etiam in nominativo i habent, ut *fœnifeca*, *solifosfor*: quod dico, quia quāticunque à nominativo quantuscunque, aut quantumcunq; producitur, ut qualicunque à qualiscunque. *Fartores*) qui farcimen faciunt. *Lanii*. i. carnifices. *Lixa*) aquam ferentes. *Artocopi*) Panifices aut panem incidentes. *Et genus hoc alti*) Sicut dicimus id genus, pro ejus generis: sic ponit hoc genus, pro hujus generis. *Mantous*; id est, Mantuanus, sed Mantous dicitur à Manthro nympha, matre Ogni, qui Mantuam à matre dénominavit: De quo Maro, Fati-
- di-

COR. ECLOGA VI.

dicæ Mantus & Thufci filius amnis.
Amyntas autem is est, dè quo in
Amynta visum est.

Cor. Mirabar si quid recti dixisset (106)
Amyntas.

Civis erat semper nobis urbanajuuentus,
Cui nihil est præter stulta hæc commenta
negoci,

Ludit, in agrestes semper jaculatur: &
urbis

Talia garrulitas, & vaniloquæta fingit.

At neque de superis putet has componere d[icit] 2
nugas.

Isto jocus manifesta gerit convitia sectum.

Sed tu tam rudi es, tam pleno inflatus
omaso,

Ut neque perpendas isto te scommate
carpi?

Nos quoquo paulisper mentem extenda-
mus ad urbis

Stultitiam, ne forte patet sapientius illos
Vivere, qui splendent auro, qui murice
fubgent.

His oculis vidi tunica plerosq; superbis
Vestiri atq; foro regali incedere gressu,

Quos secretæ famæ premit, atq; dome-
stica egostas:

Soltius hic certenihil est, opulentia facta,
Paupertas & segnices, & inertia vita
Vera; quid est aliud quam desipientia
vera?

Videtiam patres (d rem indignam, atq;
nefandam)

Dum segnes dormire volunt, & vivere
lautè,

Prostituisse suas vulgo cū conjugatae.

Quid pejus, quid perfidus, quid stultius
unquam?

Ful. Quid si vitam alio nequeant tra-
ducere pacto?

Cor. Car totidem, quo nos habeant ani-
masq; manusq;

Dic cur vitam alio nequeant traducere
pacto?

Mirabar si quid recti dixisset Amyn-
tas) Quasi dicat, juvenis ille insanus
amore, & rusticos odio habens. Cui
nihil negoti) pro negotii, id est, otio-
sa, juventus) i. multitudo juvenum
urbanorum. Convicia) contume-
lias, O maso) i, intestino pingui, tar-
ditatem ingenio afferenti, ut Horat.
& Persi. attestantur. Iste scommate)
i. irrisorio disterio. Tc) qui rusti-
cus

cūses. carpi) i. reprehendi. Nos quoq;) i. vicissim, qui murice) id est, pur-pura prostituisse.) i. ad turpem quæ-stum in lupanaribus & prostibulis statuisse quasi pro foribus, ubi lu-xuria perditos expectant. Quid) scilicet dicas, aut quid faciant? & est inanior desidiosorum purgatio quām ut refellatur. Unde dicit Cor-nix, Habent cives urbani manus & pedes ut nos, cur non quærunt sibi viētum laboribus, & parsimonia ut nos.

*Est etiam, cuius vacors industria vanas (13)
Querat opes, ubi nullus opes invenit ab
aero.*

*Es lavat herbarum succis & vertere in
aurum,*

*Aestimat, ac nigra semper fuligine pallat.
Est, qui dum tellure latens desiderat au-
rum, (perdit.*

*Dat magicis operam studiis, & tempora
Quid levius, quid futilius, quid inanius
unquam?*

*Omnia, ne veniāt ad op̄9 telluris & agri,
Omnia pertentat, ut agant nihil, omnia n/
versant.*

Semper agunt, nunquam peragunt, ex
fænore vicitum
Infamem extorquent, vi, fraude, dolisq;
laborant:

Mille viis opibus, mille insidiatur honori.
Nos capras, & oves, armentaq; pascimus:
illi (thecos,
Accipitres, catulos, & equos, & cercopi-
Rusticus est ovium pastor volucrumque,
canumq;

Civis, utrum melius, te judice nobiliusq;?
O Fulica, utilitas unde & opulentia major.
Ful. Si venit ex nostris operis opulentia
major. (rerum?

Cibis unde igitur tantarum copia
Cor. Expi, fraude, dolis, vi, fraude do-
lisq; laborant.

Nonne vides, insane, ut nos crudeliter
surgopt?

Quo capiunt astu? nos irretire loquendo,
Sacrum offerre putant, & opus sublime,
piumq;

Huc aures oculosq; adigunt, huc orec-
muisq;

Est etiam) Adfert alia urbano-
rum vitiâ, & ferè opposita segnitiei,
dicens: *Est etiam, scilicet ejus cuius-*

vacors) i. e. perversi cordis, *industria querit opes vanas*) i. ultrà quam satis sit, & non justa ratione, ut qui per artem, ut dicunt, alchimiæ, id est, adjuvaminis, adjuvando naturam, sperantes, aut argentum vertere in aurum: qua via nullus, inquit, haec tenus invenit opes, certum est, multos invenisse pauperem, dicunt tamen ejus rei studiosi, inventos qui ad intentum pervernerint. *Fuligine nigra*) quia vapore fumeo, sed quomodo pallet, nisi hoc ad anxietatem referamus, non constat. *Est qui &c.*) Alius error eorum, qui magicis artibus charactibus nescio quibus, sperant posse invenire thesauros absconditos. Omnia ne veniant ad opus telluris & agri, omnia inquam pertentant) id est, experiuntur ne fiant agricultæ, quo nihil honestius nec justius. *Semper agunt, nunquam peragunt*) i. perficiunt nihil eorum quæ incepunt. *Ex favore*) id est, usura. *Accipitres*, id est, aves ad prædam, *caviles*) ad venationem, & *O 4 equos*)

equos) ad venandum aut avibus, aut canibus. *cercopithecos* id est, caudatas simias: nam *xéρωσ* dicitur cauda, *τίγνυσθαι* simius aut simia. Sunt ergo quos catos marinos quidam vocant, capite, ut inquit, Plinius, subnigro, & pilo asinino, quibus deformitas decori est, suntque obcautum ingenium divitibus in delicis. *Civis* id est pastor volucrum & canum, quia eos pascit. *Quo astu* id est, qua calliditate, ab *ἄστυ* id est, ab urbe, ubi astutiores sunt. *Irrētire* id est, in laqueos & retia illigare, hoc est, circumvenire & decipere verbis putant. *Sacrum offerre* id est, arbitrantur se obsequium praestare Deo, quando nos decipiunt. *Huc* id est, ad hanc operam ut nos decipient. *Adigunt* id est, applicant, *ora* id est, omnia quæ dicunt, *& manus* id est, omnia quæ faciunt.

155) Ful, *Unde urbanarum tibi tanta poritia rerum?*

Cor, *Hac didici quondam, ductis in mania capris*

Cum lacu efferans tibam, venate per urbē,

Mansi

Mansi apud artocopum, sapiens & ad
omnia promptus
Furta erat, & crudam ferro subradere
panem.

Ipse ut erat mores urbis doctissimus, ista
Tradidit, affirmans nihil esse nocentius
urbe.

Se quoque furari didicisse ajebat ab urbe.
Sunt etiam qui parta ab avis patrimonia
fundunt

In meretricium usus, quid fædus, impro-
biusque?

Dic ubi mæchandi ars, homicidia, sedi-
tiones,

Nonno inter cives, atq; intra mœnia
regnant?

Quid reges, qui regna hominum per
vulnera quarunt,

In mortemque suos adiungunt? quid pectora
miles

Objiciens telis per mille pericula vadens?
Pro stipe dat vitam, nulla est insania

major.

Gloria prefertur vita, quid gloria? quid
laus?

Quid fama est? quid honor? voces &
opinio vulgi?

*Omnia longa dies abolet cum vivere
cessas.*

*Omnia sic abeunt ut lux cum sole recedit.
Qui mare sollicitant remis, cum vivere
possint*

*In patria, stultus ventis qui credit &
undis.*

*Stultus dititia cui sunt & negligit uts,
Stultus qui ut natis cumulet patrimonia,
partis*

*Abstinet & genium fraudat, stultissimus
& qui,*

*Quæ facere ipse potest, natus facienda
relinquit.*

*Unde urbanarum.) Bona interro-
gatio ut decorum servetur, & veri-
similis narratio, Artocopum) ut vi-*

Arto-
copus.

*detur accipit pro panifice seu (ut
dicuntur) pistore, qui græcè dicitur
ἄρτοκόπος i.e. artocopœus : quia*

ἄρτος dicitur panis, & ποιῶ facio.

*Sed artocopus dicitur quasi labor
panis: nam ἄρτος labor dicitur, sed
accipitur pro laborante. Juvenalis
autem videtur accipere pro pane,
dicens satyr. 3. Salva sit artocopi
reverentia: ubi tamen pro pistore*

ac-

aceipi posset, ut sic maneat discretio panis, qualem artocopus fecerit, & ita observando ejus jussum, sit ei reverentia. sed ad Poëtam nostrum. *Ipse ut erat mores urbis doctissimus*) Hoc exemplo convincere possimus participia comparari. Nam si nomen sit doctissimus, non regeret accusativum: quo circa ego quidem morum potius dicerem, hic tamen versus mores potius docet legendum. Neque tamen omnino inauditum, si superlativa à participijs accusativum regentibus deducta accusativum regunt, cùm adverbia à præpositionibus orta id faciant: ut, proxime Hispaniam Mauri sunt, inquit Sallustius. *Sunt etiam*) Aliam adfert urbanorum stultitiam, qui patrimonia ab avis parta cum meretricibus absumunt. *Qui reges*) Docet & reges, & cæteros bella pro domino aut hñani gloria gerentes, urbes ferè incolere: stipendiarios autem, qui invocati nomina sua dant, etiam urbanos esse, & maximè insanire, cùm pro modi-

dica stipe periculum vitæ subeunt,
quod rustici non nisi coacti faciunt
pro libertate patriæ, & conjugæ, ac
liberis. *Qui mare sollicitant*) Rur-
sus aliud genus stultitiaz (quod Per-
sius quoque prosequitur) eorum,
qui, cùm fatis habeant, navigant
tamen cùm periculo vitæ. Item
stultus est, divitiæ cui sunt & negli-

Avar. git uti, ut avarus. Nam ut dicit Se-
neca, tam deest avaro quod habet
quam quod non habet: unde de se-
ne avaro Horatius, Quærit & in-
ventis miser abstinet, & timet uti.
Et i. Serm. Congestis undique fac-
cis Indormit inhians; & tanquam
parcere sacris Cogeris, aut pictis
tanquam gaudere tabellis. *Stultus,*
qui ut natus cumulet &c.) quia sœpe
male absimunt, unde Persi. Ut
tuus iste nepos olim satur anseris
extis &c. vide satyr. ultimam, ubi
totum est hoc argumentum. *Et ge-*

Geni9. *nium*) i. naturam. Est enim genius
deus naturæ, & loci nativi, quem,
qui alimentum naturæ debitum
subtrahunt, defraudare dicuntur.

Te-

Terent. in Phor. Suum defraudans
genium. *Quae facere ipse potest*) quod
per fabellam seu Apologum de
Cassita pulchre recitat Gell.

Qui numerant stellas, & se comprehen- (181)
dere fata.

Possunt, stulti, verum dementior istis
Naturam quicunque Dei scrutatur, &
audet

Figere in immensam lucem tam debile
lumen.

Nostra fides melior, si vis ratione coactus,
Difficile assentit, nudis nos omnia verbis
Credimus, & plures faculas accendimus
aris.

Civibus est infida fides, inquirere nun-
quam.

Mentis inunt arcana Dei, si numina scire
Esset opus, poterant nobis se ostendere s
verum.

Quando latere volant, quid vestigare
necessè est,

Quia nos scire negant ipsi qui cuncta gu-
bernant?

Nostra etiā pietas pietate pientior urbis,
Namque viri, qui sacra canunt, sempli
ministrant,

Quan-

Quanta legunt ruri, pancis alimenta
diebus?

Vidi ego quæ sitas ex rure, in mœnia plenis
Puppiib⁹ inferri (pietas ea rustica) fruges.
Sultorum est aliud genus immedicabile
quoddam

Causidici, latratores, rabulaque forenses,
200) Nummorum auctupium docti, legumq; ty-
ranni,

Aere patrocinium vendant, producere
causas,

Et lites pendere diu, vindemia quadam est:
Sunt & equestre genus medici, qui tan-
gere venas

Nonnunquam illicitas audent & ponere
quadam

Non intellectis temeraria nomina morbis.
His, & si tenebris palpant, est facta po-
testas

Excruciandi agros, hominesq; impune
necandi.

Qui verò populis præsunt, hominesq; gn-
bernant,

Quo plus juris habent, quantoq; licentia
major,

Insanire solent tanto amplius. ubi sancti
Rectores, & justitia & pietatis amici,

Quos

*Quos patres serò ante focum monorare
solebant?*

*Omnianc abeunt pessum, spoliata que-
runtur*

*Templa, gemunt inopes; vidue lachry-
mantur: & hujus*

*Quanam causa mali? quia stat p̄o lege n/
libido.*

*Qui numerant stellas) ut astrono-
mi, & se comprehendere refata) Astrolo-
gi, Genethliaci & mathematici. Na-
turam quicunq; Dei scrutatur) Unde
ille, Mitte arcana Dei. Et alius,
Altiora te ne quæsieris, & utroq;
major, noli nimis sapere, sed ad so-
brietatem docens, Nostra) id est, ru-
sticorum. tivis ratione ponctus) id est,
rationibus innitens, plutes faculas) Facula,
id est, tædas & cereos mortos. Mento
finunt) i.e. desinunt. Poterant nobis
se ostendere) argumentum quo vero
simile fit Deum non velle à nobis
nosci, cùm se non præbeat noscenti-
dum. Quid vestigare) id est, inqui-
rere necesse est, ea, quæ ipsi guber-
nant cuncta) scilicet superi, negant)
i. prohibent nos scire, quasi dicat*

nihil. *Quando*) i. quando quidem, *Nostra etiam pietas*) i. e. charitatis, ut dicunt, exhibitio in eleemosynis erogandis. *Legunt*) id est, colligunt. *Stultorum rest aliud*) in pragmaticos & causidicos iuvehitur quasi satyrica: unde apte personam cornicis assumpsit. *Rabulaq; forenses*) id est, forum judiciale seu causarum stantes, Rabula secundum Festum dicitur multis intentus negotiis, paratusq; ad radendum quid aut auferendum, vel quia est in negotiis agendis acrior quasi rabiosus. Secundum Marcellum autem rabula à rabie dictus est, quem nunc ad vocatum, vel causarum patrionum dicimus. Cicero, Non enim declaratorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum atque perfectissimum querimus. Sunt ergo rabulæ (ut iterum Nonius attestatur) litigiosi. *Ancipium*) i. captionem, ab avibus capiendis. Comicus, Hoc novum est ancipiunt. *Legumq; tyrgum*) quia sumnum jus summa malitia est. *Ere patracinum*

Aucu-
plum.

ven-

vendant, &c.) enumerat causidicorum vitia. *Vindemia quædam*) i. lucrum, ut in vindemia quæ est vini mia. collectio, ut messis frugum. *Sunt & equestre genus medici*) Et hoc quoque satyrice. Equestris sunt, quia mulis ferè vehuntur medici. *Venas illas*) ad femora mulierum. *Nomina temeraria*) i. rebus non convenientia, quæ fingunt ne ignari deprehendantur. *Et si tenebras palpant*) i. cæci & ignari sunt. *Est facta potestas*) à legibus, quæ medicis permittunt interficere ut curent. *Qui vero populis præsunt*) In primores & optimates, ac magistratus invehitur. *Insanire solent tanto amplius*) cùm tamen vel lege in aliis scelus, in illis maximum sit. Unde Juvenalis, Omne animi vitium tanto consperatus in se Crimen habet, quanto qui peccat major habetur. *Abeunt pessum*) id est, pessundantur & pereunt, spoliata queruntur) id est, comburuntur templa.
Ful. *Ista tua, ô Cornix, excandescens* (216
fines

*Transit honestatis, scetus omnibus objicit
omne.*

*Innocuos habitare homines, & in urbe
memento,*

Cor. *Non habitant Colubri quedam ba-
learibus arva*

*Proxima, non memini nomen: neque no-
etua Cretam,*

*Nec nemus Egeriae sonipes, nec vir bo-
nus urbem.*

Ful. *Vir bonus est animal rarum, pa-
casq; per urbes;*

*Et per rura locos habet, est rarissima
virtus.*

Cor. *Insanis, Fulica, insanis, tot in urbi-
bus hostes*

*Sunt tibi quot cives. Hi nos tondentesque
pilantque;*

*Non habita nostris capitis ratione coar-
ctant,*

*Nos ad furtar, ipsi mox ad suspendia mit-
tunt. (offert,*

*Eas igitur si quid nostris sese unguibus
Radere & insidiis, ac nostra indagine
captos*

*Deplumare levi tactu sensim, & pede-
pressim.*

*Si videt excusa, si sunt secretæ negato
Furta, quod occultum est, non est injuria,
furtum.*

*Quidquid habent, noster labor est, indu-
stria nostra est.*

Ista tua, o Cornix, ex cædescens ^{tia} i.
vehemens ira, fines ^{i.} *limites trans-* ^{Fines.}
fit honestatis. Baleares insulæ sunt ^{Balea-} *in Hispania, Græcis diætæ à funda-* ^{res.}
rum jactu. Bæmæ significat jacio, Ballo-
tollitur autem nunc l. Balearicos
autem contra glires à senatu auxi-
lium petiisse constat, cum in quibus-
dam arvis vicinis non possint vive-
rè serpentes: ea autem arvæ sunt, ^{Ebosos}
in Eboſo quæ est insula inter Ophi-
usam & Pytiusam. Ebosi enim terra
serpentes fugat, omnium veneno-
forum animalium expers: eadem
euniculos gignit, populantes mes-
ses Balearium. Dicit autem se no-
minis immemorem, ut decorum
servetur: nam non congruit rustico
longinquarum insularum nomina
scire, sicut Maronianus rusticus
oblitus erat nominis geometræ, di-
cens. In medio duo signa Conon, &

P a quis

quis fuit alter , Descripsit radio totum qui gentibus orbem ? *Neque noctua Cretam*) scilicet habitat , cuius nomen non ignorat, quia sub Venerorum ditione est. Noctua autem, quæ in Creta negatur , plurima Athenis est, usque adeò, ut in proverbio sit , *γλαῦκας ἐις Αἴθιος* id est , noctuas Athenas, aut in Athenas, scilicet fertis, qui merces eò , ubi abundant, inutiliter transuehit , ac si a Noctu-asAtheas in mare vehat. Ægeria autem nemus est, ubi Numa Pompilius secundus Romanorum Rex colloquium cum Ægeria Nympha uxore sua de rebus religiosis habuit , ubi sonipes negatur vivere. Est autem equus à sono pedum sic dictus. Æneid. 4. Stat sonipes , ac frena ferox spumantia mandit. *Nec vir bonus urbem*) s. habitat, sicut nec Albion seu Britanniam majorem lupus. *Vir bonus est animal rarum.*) Maro , Vir bonus & sapiens qualem vix repperit ullum Millibus è cunctis hominum consultus Apollo, Judex ipse sui. Juve. Rari quippe boni, &c. *Haber*) i. e. ha-

habitat, residet. *Sunt tibi*) s. rustico.

pilantq;) Horat. compilo secunda Com-
longa posuit, Ne me Crispini scri- pilo.

nia lippi Compilasse putes verbum
non amplius addam. Est autem no-
tum Gallis vocabulum, quod si tra-
ctum est à pilis natura primam cor-
ripit: inde autem tractum volunt
per apoligum Æsopi, quo qui duas
uxores habuit alteram juvencu-
lam, quæ canos decerpit radicibus,
alteram grandem natu , quæ ut ubi

conformem haberet maritum, ni-
gros capillos sustulit, calvus & depi-
latus mansit, atque ita nudatus &
privatus intelligitur suis, quod effi-
cere, pilare est , *Coarctant*) id est,
compellunt nos ad furta : quia exi-
gunt quod sine furto nos habere
non posse sciunt, & mittunt mox ad
suspendia.) * Potuit nosse Candidus,
quem alii ex agro Parmensi , alii ex
Mantuano oriundum dicunt. *No-*
stris unguibus) argutè, quia cornices,
& fulicæ unguibus diripiunt. *Sensim*)
id est, imperceptibiliter, hoc est, pau-
latim & *pede pressim*) id est , quasi

presso pede sine strepitu. *Deplumare*)
 quia aves id avibus faciunt, *Si videt*)
 scilicet quispiam, *furt a excusa*) dicens
 videlicet te jocari voluisse. Si sint
 secreta, negato. Furtum quod oc-
 cultum est, non est injuria: quia
 quicquid habent) scilicet cives, est no-
 ster labor, & industria nostra.) Hæc au-
 tem Cornici potius quam bono pa-
 stori conveniunt dicere, quia furtæ
 nulli licita sunt, nec sua sibi vendi-
 care sine superioris auctoritate per-
 missum. Unde dicit Fulica.

234) *Fu. Jam longè egrederis metam rati-
 nis, & equi.*

*Cor. O Fulica, improbitas urbana coin-
 quinat urbem,*

*Unde tot in terras veniunt astate
 procellæ,*

*Fulmina, venti, amnes, grando? vidisse
 recordor*

*Tellurem tremere, ac postes, & tecta la-
 baro,*

*Solem obscurari, noctu obtenebrescere
 Lunam.*

*Cur segoti loliū, messi dominantur avenæ,
 Uva in capreolos transit, caligine verni*

Do-

*Depereunt flores? mala parturit omnia
nobis.*

*Hac civilo nefas, pariet quoque plura,
deinceps.*

*Unde vonit furor armorum, bellicus tu-
multus,*

*Qui genus omne mali secum vobis?
omnibus arbs est*

*Fons & origo mali, descendit ab urbe
Lycaon,*

*Dencalson Pyrrha cum conjuge rusticus,
ille*

Intulit illuviam terris hic abstulit ille

Abstulit humanū terris genus, intulit isto.

*Si terra (ut perhibent) flammis abolebi-
tur unquam,*

Istud grande nefas ulla descendet ab urbe.

*Ful. O Cornix, jam pone modum sermo-
nibus istis, (tes:*

*Audio jam dudum pueras de pulto loquen-
Catera si quicquam superest, post prandia
dices,*

*Palti indulgendum monet urbibus hora 255
relictis.*

*Jam longè egredoris metam rationis
& aqui) quia urbanos deplumare, si
clam fore speretur, consulis. Cui-*

quinat contaminat, polluit, orbem) i.
universum mundum, unde tot inter)
dicit omnem potestatem importu-
nam, omnemque calamitatem pro-
pter urbanorum scelera à Deo de-
mitti. Cur seg.

Virgil.

Grandia sæpè quibus mandavi-
mus hordea fulcis.

Infelix lolium, & steriles domi-
nantur avenæ.

Loliū.

Est autem lolium, de quo Salvator,
Nónne bonum semen seminasti,
unde ergo habet Zizania? Inimicus
homo superseminavit. *Uva in ca-
preol.*) id est, acidas quasi chordulas,
quibus se vites palis, & ramis alli-
gent, quibus etiam vesci solent di-
vites. *Caligine*) id est, aëre nebuloſo &
obſcuro, atq; ita infecto. *Parturit*)
pro parit, id est, provocat, *civile na-
fas*) i. nefandum civium scelus. *De-*

Lycaō.

scendit ab Urbe Lycaon,) quem ob per-
fidiam Juppiter in lycon, id est, lu-
pum transformavit, & occasione
hujus sceleris diluvium secundum
Ovid. superinduxit. *Deucalion Pyr-
tha cum conjugi*, id est, uxore, *ruficrus*,)
sci-

scilicet fuit, quia in montibus Thes-
faliæ habitavit, ubi inter faxa de-
gens, ad sese profugientes tempore
particularis diluvii benignè recepit:
quocirca humanum genus jactis
post terga lapidibus servasse fingi-
tur. *Ille*) scilicet Lycaon, hoc est,
feelus ejus, *intulit illuviem*) id est,
inundationem aquarum hoc est, di-
luvium. *terris*) i. in terras, ut: Infer-
retque deos Latio! *Hic*) i. Deucalion
eum Pyrrha. *abstulit*) s. illuviem. *Ille*)
s. Lycaon, *abstulit*) genus huma-
num, terris, *Isto*) scil. Deucalion,
intulit) in terras genus huma-
num, quod secundū fabulas perie-
rat, aut secundum historiam illic
periisset, si non servasset. *Si terra ut
perhibetur*) Id dubitat rusticus, aut
ex Ethnicis sumptū, quibus non est
fides habenda nisi eadem in sanctis
quoque literis habeantur. Nos au-
tem credimus ignem conflagratio-
nis diem judicii præcessurum. sed &
Ovidius aliquando mundum igne
peritum afferit Metamorph.
primo:

**Esse quoqui infatis reminiscitur affo-
re tempus**

**Quo mare, quo tellus, correptaque
regia cæli**

**Ardeat, & mundi moles operosa la-
boret, &c. Istud grande nefas) s. pro-
pter quod mundus ardebit, descen-
dit ab ulla i. à quavis una urbe &
non ab agro. O Cornix jam pone mo-
dum) i. finem, sermonibus istis) scili-
cet tuis improbis & contumeliosis.**

Pueros *Audio jamdudum pueros*) id est, mino-
res famulos aut liberos. *loquentes do-
pulto*) i. instare horam prandii. *Si
quicquam superest*) i. reliquum est.
Gellius docet superesse, supra id
quod satis est, esse. *Hora*) scilicet
prandendi, monet *indulgendum*) id
est, operam dandam esse aut invi-
Puls, *gilandum, pulsi*) id est, cibo illi rusti-
co, quo Romani diu vixerunt,
urbibus) id est, contumeliosi
de urbibus reli-
ctis.

EC.

ECLOGA VII.

*De Conversione juvenum ad
religionem, cum jam auctor ad
religionem adspiraret,
in scripta.*

POLLUX.

Colloquatores.

ALPHUS & GALBULA.

Galbula, quid sentis? Pollux docti-
simus olim (mine tactus
Fistulicetq; subito quodam quasi nu-
Destituit calamos, tunicas, armenta, so-
dales: (alauda,
Bar docucullatus caput, ut campestris
Quatuor ante dies in religiosa recessit
Clastra ferunt illum pecudes dum solus
in agris (orum
Pasceret, effigiem quandam vidisse de-
Cetera non memini, sed tu quid Galbula
sentis?

*Galbula) Sif rivolum non sit, dicam
non sine ratione in hac septima Ec-
loga agi de conversione juvenum.
nam septenarium qui ex primo im-
pari, & proxime illum subsequentे
pari*

pari conficitur, constat habere ne-
 scio quid mysterii non solum in san-
 ctis literis, sed etiam apud poëtas,
 unde est illud, Oterq; quaterq; beati,
 &c. Nam te jam septima portat
 Omnibus errantem terris & fluvi-
 bus æstas. Dicunt prætereà septimo
 quoquo anno immutari nobis æta-
 tem ut prius septem annis simus
 infantes proximis pueri, tertius ado-
 lescentes quartis juvenes, qua æta-
 te constituendum est nobis genus
 vitæ, quos & quales nos esse velim⁹
 & in quo genere vitæ. Bene ergo
 (ut de cæteris ætatibus qui pari or-
 dine subseqvuntur, taceam) in hac
 septima Ecloga agitur de juvenum
 ad Religionem conversione unde
 hactenus adolescentiam suam (sic
 enini inscripsit opus) Poëta cecinis-
 se putatur, deinceps canturus
 juventam & virilem ætatem, in du-
 obus videlicet carminibus quæ in
 Religione composuit. sed linqua-
 mūs hæc argutioribus. Per Pollu-
 ceum hoc loco intelligo Poëtam. Fi-
 stulam i. canens in fistula, ut nostra
 æta-

Fistuli-
cem.

ætate: sicut tibicen, canens tibia Tibice
 gruis, ut olim factitabant & nunc
 quoq; nonnunquam. *Quodam quasi*
numinotactus) quia spiritus ubi vult
 spirat. *Bardocucullatus caput*) id Bardo-
 est, habens caput bardocucullatum. cucul-
 Bardocucullus, vestis est Gallica latus.
 grossioris villi, facta compositione
 ex bardis, qui Poëtæ erant Gallicani,
 & cucullus: cuculli, n. vestis est gros-
 sior, capiti tegendo apta. Bardi item
 dicebantur olim stulti apud Gallos,
 ut possis accipere bardocucullum.
 vestem fuisse Gallicam stultorum
 & vilium hominum: unde Martial.
 in distichis, Gallia. Santonico vestiri
 bardocucullo, Cercopithecorum
 penula nuper erat. Bardus ad hoc, Bardus
 auctore Festo, stultus à tarditate in-
 genii appellatur: græcè autem bar-
 dos dicitur. Præterea, ut idem in-
 quid, bardus gallicè cantor appella-
 tur, qui virorum fortium laudes
 canit, à gente bardorum. De quibus
 Lucan. Plurima securi fudistis car-
 mina bardi. Nonius autem dicit,
 bardum esse propria vi, & ingenio
 Bardus
 tar-

tardum : nam græci bardos dicebant. Plaut, in Persa , Nimis equidem pro barda,& rusticam reor habitam esse. Ex his & aliis multis , ut de alpib. patet, Gallicam quoq; linguam immutatam esse : nam multa nunc aliter, quam olim dicebantur, à gallis dicuntur, *ut campestris* id est, in campis versari solita, *alauda*) i. e. avis cuculata, & plumeam cristam habens. *Effigiem quandam vidisse deorum*) ut in processu patebit. Videtur aut divam Virginem intelligere, atque quæ Herculi occurrisse à Cicerone memoratur, de qua suo loco dicam. *Cetera non memini*) id enim & rustico convenit, ut jam sæpe diximus, & cœconomiae & argumento hujus Eclogæ : nam intendit narrando duo facere , colligere videlicet laudes pastorum, & perfectionem religionis potissimum Carmelitanæ, quæ prima est.

Galb. *Ut dixeré patres, faciens primordiarerum*

(Magna canam, nobis quæ quondam tradidist Umber)

In-

Instituit Deus agricolas pecorisq; magi-
stros:

Primus agricultor rudis, immansuetus
& asper,

Qualis humus segnis, lapidosa, rebollis
aratro.

Ast ovium primus pastor, mitissima proles
Instar ovis, qua bile caret, qua lacte re-
undat,

Mitis erat, nullis unquā pastoribus asper.
De grege sapè suo sacrū ponebat ad aras.
Nunc ove, nunc pingui vitula faciebat &
agno

Sapiùs, & magno diuos ambibat honore,
Sic profecit apud superos: sic numina flexit
Ut fuerit primo mundi nascentis abortu.
Tempus ad hoc, calo pecoris gratisima
cura.

Affyrios quosdam (sed nescio nomina, cura
Diminuunt animum) Deus ex pastoribus
olim

Constituit reges, qui poste à murice & auro
Conspicui, gentes bello domuero superbias.
Cum Paris Iliaca tria numina vidit in
Ida, (cat ad aram.

Aut Paris, aut aliis, puerum qui obtrun-
Pastor erat quando calesti exterrit igne.

V-

Venit ad ostentum pedibus per pascua nra-
dis, (et us

in / Pastor erat Moses, Moses à flumme tra-
Exul apud Graios Amphrysi a pastor Apollo
Rura peragravit, posito deo ita his honore.
Calestes animi Christo ad præsepi a nato,
In caulis coccinere deum pastoribus ortum,
Et nova divini partus miracula docti
Pastores, primi natum videte tonantem.
Et sua pastores infans regnator olympi
Ante magos regesq; dedit cunabula scire.
Se quoque pastorem Deus appellavit,
ovesq;

Mitibus ingenis homines, & montibus
equis. (urbo

Et nevana putes hac somnia, nuper ab
Reus veniens, picto perlegi hac omnia
templo. (agni

Sunt pecudes picta, parvi sub matribus
Intollure cubant ingens equitatus ab alto
Monte venit, radiant auro diademata
divum, cunctum,

Et suspensa tenent vaga lumina prater,
Non igitur mirū noster si numina Pollux
Yidit, amant villas, oves & ovilia divi.

50 Simplicibus præsens deus est, offenditur
aſſum.

Uſ

*Ut dixerat patres.) Ut probet vero simile esse pastori esse numen visum, altius orditur laudes pastorum, docetque quod verum est, Abelem primum justum fuisse pastorem, multosq; reges ut Abraam, David, & similes fuisse pastores Christum ad hoc se appellasse pastorem, dicentem: Ego sum pastor bonus. Et recens natu primò à pastoribus agnatum atq; visum, & multa id genus alia, quæ legendō parebunt. *Ut dixerat patres.) Vir.* Arunci meminere senes. Rustici enim non ex libris, sed ex relatu majorum historias sciunt. Deus faciens primordia rerum i. in prima hominum genesi. *instituit agricultas* ut Adam, & primogenitum Cain, pecorisq; magistros ut Abelem: quia autem dicendo primordia rerum visus est altius ordiri, bonam facit parenthesim, dicens magna canam, nobis quæ quondam tradidit Umber, cui totam doctrinam suam ubique acceptam fert. *Primus Agricultor*) scilicet Cain. ac ovium*

Q

pri-

primus Pastor) id est, Abel, *instar*) id est, in statum & morem & similitudinem,

Bilis. dinem, quod *Valla* negat, *qua* *bile*) id est cholera amaritatem animo adferente. *Sacrum panebat ad aras.*) Historia patet in principio *Geneseos.*

Vitulo faciebat) scilicet rem sacram.

Facio Sed facio & operor per se posita, de
Operor rebus sacris intelliguntur. Nec di-
 cес, faciam vitulam, quia id tauri
 est: sed vitula, subaudiendo rem di-
 vinam, ut in *Bucol. Maro.*

Cum faciam vitulam pro frugi-
 bus, ipse venito. *Divos ambibat*) i.e.
 ambientium more venerabundus
 adorabat. *Sic*) i. e., usque adeò, nu-
 mina flexit, ut cura pecoris fuerit
 à primo ortu mundi nascentis, siue
 usque *ad hoc*) i. e. nostrum tempus
gratissima, i.e. acceptissima *calo*) i. cæ-
 lestibus. *Affyrios*) ut Abraam, Loth,
 Jacob, & cæteros patriarchas. Cum

Paris. Paris Alexander, qui & Paris pastor
Hecu- fuit, nam cum Hecuba ipsa gravida
ba. visa esset gestasse catellum faciem
 gestantem, qua tota Troja incende-
 batur, idque ad Priamum retulisset
 & ille

& ille somniorum & phantasmatum
interpretes consuleret, responsum
accipit filium gestare, qui Troiae cre-
mandae occasionem daret: quo circa
pater quidquid pareret interfici jus-
sit: mater autem non interfecit, sed
exponendum feris dedit, ubi a pasto-
ribus inventus, ab illis quoque edu-
catus, in virum crevit, atque ab Oe-
none nympha adamatus est, judi-
ciumque inter tres deas dedisse fer-
tur. Cum vero optimus esset ath-
leta, & cum Hectore congressus eum
viciisset, ab eo interemptus fuisset,
nisi frater agnitus: tandem pro
Helena promissa in Graciam pro-
fessus, fatalem attulit praedam, un-
de Stadius in Achileide: Solverat
Oebalio pastor de littore classem
Dardanus. Paris ergo aut aliis
(quia de nomine, ut rusticus dubi-
tat) cum vidi tria numina, scilicet
Junonem, Palladem, & Venerem,
de præstantia formæ concertantes.
in Idæ i. sylva sic dicta *Illa* id est, *Iliaca*:
Trojana, quod additur ad discre-
tionem Idæ Cretensis. Erat pastor

Q 2

pue-

puerum, qui obtruncarat ad arā) scilicet
 Abraam, qui id facere voluit. * erat
 Moses. *Pastor erat Moses*, quando
 cælesti exterritus igne, scilicet in ru-
 bo, qui non comburebatur. *Venit*
ad ostentum) i. miraculum aliud por-
 tendens, ut virginitatem divæ ge-
 nitricis Christi. *Podibus natis*) quia
 jesus est calceamenta exuere: Mo-
 ses inquam à flumine tractus scili-
 cet à filia Pharaonis regis Ægypti,
 cum esset in fiscella super aquas na-
 tans, unde nomen accepit. Apollo
 spoliatus divinitate, pavit Admeti
 regis armenta novem annis, unde
 Nomi, Nomius, id est, pastoralis, est dictus:
 pavit autem apud Amphrysum flu-
 vium Thessaliz. Spoliatus dico di-
 vinitate propter interfertos Cyclo-
 pas, unde in principio 4. Georgico-
 rum dicit Virgilius. Et te memo-
 rande caneimus Pastor ab Amphry-
 so. Ideo hæc secundum Macro-
 bium lib. i. Saturnium finguntur,
 quia Apollo ipse est sol, qui omnia
 pascit. *Deitatis*) latinius diceretur
 divinitatis, sed carmen id non acci-
 pit

pit: *Calestes animi*) i. spiritus, unde:
 Qui fecit angelos suos spiritus. *In
caulis*) i. e. septis pastorum, ubi fa- Caulis.
 ciebant vigilias super gregē suum,
 ut Lucas præclare memorat. *Ante
magos*) id est, sapientes Persarum
 & Indorum: quia eadem nocte,
 qua natus est, cum ipsis ad minimū
 deoimo tertio die primūm visus fit.
 Dico ad minimum, quia contro-
 versia est an eodem anno, an aliquo.
Ante magos regesque. Unde ma-
gos pro regibus accipimus, propter
illud: Reges Tharsis, &c. Se quoque
pastorem Deum appellavit) dicens: Ego
 sum pastor bonus. Ovesque addens,
 agnosco oves meas, & cognoscunt
 me meæ, id est miti ingenio præditi
 homines. *Pictor perlegi haec omnia tem-
plo*) id est, in parietibus phani, ubi
 pictura est rudium scriptura, & ideo
 dicit perlegi. Maro in 6. Qui pro-
 tinus omnem perlegeret. Magna
 enim est convenientia pictoris &
 scriptoris, unde eos Flaccus æqui-
 parat dicens:

Pictoribus atque poëtis

Q, 3

Quid-

Quidlibet audendi semper fuit
æqua potestas. *Sunt pecudes*) scilicet
pastorum, qui Christum viserunt.
Ingens equitatus) scilicet trium re-
gum. *Diadema a divum*) aut regum,
aut angelorum Christi & parentum
eius. hoc est, matris veræ, & patris
legalis ac nutritii, & naturalis à qui-
busdam putati. *Et suspensa tenent
vagalumina*) id est, oculos præter-
euntium, hoc est, cogunt præterire
volentes immorari, donec pictu-
ram perfexerint. *Amant villas*)
id est, domos rusticæ, & ovæ, &
ovilia divi. *Simplicibus præsens Deus
est*) id sancte & moraliter.

51 *Alph. Vera refers, pecori si sint innoxia
nostro*

*Pastua, vidi asinum, vidi præsepe, bo-
vemque.*

*Jam memini turbæ venientis & ora di-
dere* (tem,

Indica, jam vide cor regum sua dona feren-

Unum oro, quanam Polluci occurrit imago

Galbula, si nosti, ne sit labor omnia fari.

*Gal. Et novi, & memorare libertes da-
gna relata;*

Rex

*Res digna auditu, pia, sancta, imitabile
factum.* (verca,

Durus & immis pater, atq; superba no-

Pollucem graviore jugo pressere juventa

*Tempore, cum dulces animos nova sugge-
rit atas* (vires

Et cum jam invalida longo sub pondere

*Deficerent, nullaq; odium mansueret
arte,* (tem

Constituit tentare fugam, res una volen-

Ire diu tenuit, nimis impatienter amabat.

*Error enim communis amor juvenilibus
annis,*

Res est fortis amor violentia fortior iuit.

*Et tales abiens (mihi namq; solebat amo-
res* (las:

Enarrare suos) maestro dedit ore quere-

*O virgo, lachrymæ tuis solventur o-
cellis,* (lictam?

Cum totam charocernas ab amore re-

Ullane discessu duces suspiria nostro?

*Tu ne mei crudelis eris forte immemor
unquam* (etius,

*Usg; adeone tuum poterit frigescere pe-
Pectus quod roties tot lumina fletibus im-*

plet: (fies?

Tunc trahos crebros gemitus, & pallida

*Cerno oculos, cerno lachrymas, cerno anx-
xia corda*

*Virginis, heu tantum qua dissimilare do-
lorem (torquet,*

*Fas erit arte? dolor duplex mea pectora
Illi⁹ atq; meus: sed fas mihi flere, quod
illi (ignis.*

*Non licet occultus longè magis astuat
Incolumem mihi vos divi servabitis illā,
Ut quando exilio repetam mea rura per-
acto,*

*Fiat amor felix saltem semel apte sene-
tam.*

Vera refors) Approbat Alphus. Vidi
asinum, & bovem, & praesepē) scilicet
Domini, qui in eo ante asinum &
bovem est positus, Vidi, inquit, de
pictura intelligens. Jam memini
turbæ venientis, & ego videor mihi
nunc videre ora Indica) i. Indorum
regum, ab India venientium, & vi-
deor videre ora regum ferentum) i. of-
ferentium dona, scilicet aurum,
thus, & myrrham. Et novi & memo-
rare libet. quia res digna relatu) scili-
cet Pollucis. est imitabile. Durus &
immitis pater) Est mihi namque do
mi

mi pater, est injusta noverca. Vi-
detur autem hæc vera vitæ ipsius
poetæ descriptio. *Graviore jugo*) ni-
mis rigidi, & severi erant ut in I.
Ecloga docuimus. *Et cum invalidæ*)
Est enim ea ætas imbecillis, & inops
confilii. *Nullaq; odium*) scilicet pa-
rentum. *arte*) scilicet filii, *Constituit*
tentare fugam) i. discedere clam à
parentibus tam duris. *Error enim*
communis) unde prius, Semel insa-
nivimus omnes. *Res est fortis amor,*
violentia fortior) scilicet, est. *O virgo*)
Quærulosa discessio ab amica crude-
lis) quæ amantem non redamas.
Maro, Ah crudelis Alexi nihil mea
carmina curas? &c. *Quod lumina*)
legendum videtur tot, ut sit: pe-
ctus, inquam, quod implet toties
flumina tot fletibus. *Dolor duplex*
illius atque meus) illius scilicet virgi-
nis, quam occulto æstuarem pū-
tat amore: & se qui manifesto ab-
sumitur igne. *Exilio peracto*) quia
in exilium voluntarium, ut patriæ
sævitiam & novercale odium devi-
tet, abscedere destinavit. *Fiat*

Q5

amor

amor felix, ut potiatur amica saltem semel. Id amaturie & modeste.

85) *Talia pergebat memorans, voluitque reverti,*

Tantus amor juvenem, vis tanta furoris agebat:

*Sed jam jacta fuga cunctis erat alea nota
Fronde sub herculea fessus mœrore sedebat
Ecce puellari virgo stipata corona.*

*Ora, manus, oculos, habitumq; simillima
nymphæ,*

*Et tali affata est puerū sermone dolentē:
Chare puer quo tendis iter? vestigia
verte.*

*Nescis, heu nescis; qua te via ducat, &
audes*

*Ignotis errare locis, nihil insidiarum.
Per cāpos ratus herbosos, nihil esse pericli.
Omnia tuta putas, & quod placet, utile
credis* (bem)

*More juventutis stolidae, collectus in or-
Sep̄ latet molli coluber sub graminis
umbra.* (infans)

*Est facile incautos offendere: parvulus
Innocuos rutilum digitos extendit in
ignem.*

*Nec nisi jam lasus vires intelligit ignis.
Hac*

Hæc regio intrantes aditu consuevit
ameno

Fallere, delicias offert & gaudia: verum
Ingressis, cum triste nihil superesse puta-
tur (profert.

Mille parat laqueos & mille pericula
Trames hic, ut collem gressu superaveris
illum, (rum

Dicit in umbrosam sylvam, crudele fera-
Hospitiū, loca tetra, situ & caligine opaca.
Quisquis eo deceptus abit, remeare veta-
tur:

Et piceis primum velatur lumina vittis,
Deinde per omne nemus, dum tuta per aspe-
ra tractus,

Transit in effigiem monstri, dum volve-
re linguam (sefo

Atq; loqui tentat, mugit: dum attollere
Credit, humili graditur quadrupes, neque
suspicit astra.

Ima tenebrosa vallis lacus equore nigro
Occupat, & nigris mons plurimus immi-
net undis

Huc tracti, in Stygios latices, altumq;
barathrum

Principites dantur, rapidaq; voragine
mersi,

In

*Heu quot pastores istis ambagibus acti,
Cum gregibus perierte suis? ego sedula
semper*

*Monstro iter, sic ad opem vigilo indefessa
ferendam.*

Talia pergebat memorans.) Comme-
morat quæ virgo visa sit Polluci ,
cùm jam fugam facere decreverat.
Eam autem quia Carmelum ire sua-
det , & virginum coronam secum
duxit, non ineptè putaveris divam
Virginē Mariam, cuius protectione
& nomine insignitur nunc Carme-
lica religio quam auctor noster pro-
fessus est. Quin adeò Ecloga VIII.
id manifestè docet: alludit tum ad
eam quæ Herculi apparuisse dicitur , unde dicit apparuisse jacenti
fronde sub Herculea, respicit quoq;
ad bivium Pythagoricæ literæ , de
qua in opusculo Maroniano abun-
dè diximus. Ut verò sciamus quæ
Herculi apparuerit, audiamus Ci-
ceronem. I. Officiorum ita differen-
tem, In primis cōstituendum est
quos

quos nos & iunctales esse velimus,
& in quo genere vitæ, quæ delibera-
tio est omnium difficillima. Ineun-
te enim adolescentia, cui inest ma-
xima imbecillitas consilii, tunc id
sibi quisque genus ætatis degendæ
constituit, quod maximè adama-
vit. Itaque antè implicatur aliquo
certo genere, cursuq; vivendi, quam
potuit, quid optimum esset, judica-
re. Nam Herculem Prodicus dicit,
ut est apud Xenophontem, cùm
primùm pubesceret (quod tempus
à natura ad diligendum, quam
quisq; viam vivendi sit ingressurus,
datum est) exisse in solitudinem, at-
que ibi sedentem, diu secum mul-
tumque dubitasse cùm duas cerne-
ret vias, unam voluptatis, alteram
virtutis, utram ingredi melius esset.
hoc Herculij Jovis satu edito potuit
fortasse contingere, nobis non iti-
dem &c. hæc Cicer. Ajunt autem
inter dubitandum duas accessisse
matronas, Virtutem & Volupta-
tem, quarum voluptas prior ingres-
sa, accuratiss, erat ornata, & omnes
de-

delicias post se trahebat, respectans aliquando, cum fastuque omnia ostentans, & multa etiam plura pollicens, secum trahere Herculem tentavit. At virtus aspera & dura severaque intuens contrà: Non polliceor, inquit, aliquam voluptatem aut quietem; sed laborem, pericula, sudores infinitos, terra marisque tolerandos, sed horum præmium erit te Deum fieri. Quod audiens Hercules, gravibus verbis volupratem repellens, virtutem secutus est: cuius, ut inquit Maro, primus ingressus difficilis videtur. Nam via virtutis dextrum petit ardua collem, difficilemque aditum primum spectantibus offert, Sed requiem præbet fessis in vertice summo. Sed ad Auctorem. *Volutq; reverti*) scilicet ad virginem quam constituerat deserere, quia nihil inconstantius amante. *Sed alca erat jaæta*) i. jam perfricuerat frontem, hoc est periculum diffamiæ non amplius timuerat, & ita erat extra aleam, per quam significatur omnis in-

incertus eventus & omne periculum, ut alea belli, &c. Erat autem jacta fuga, i. per fugam quam paraverat. *nota cupitus*) id est, omnes sciebant quod fugere constituerat. & hoc animo sedebat fessus mœrore, amore languens, & mœrore confectus, *sub fronde herculea*) id est, sub populo quæ plurima crescit in ripis Padi, unde Ovidi Populi ferque, Padus, &c. Ea autem arbore dicatur Herculi, unde in Bucol. Populus Alcidæ gratissima, qui ejus fronde coranatus, ad inferos descendit ac rediit. Significat autem virtutem, quæ intrinsecus viret, & extrinsecus pallet, ut ipsa frons populea. Ora manus; &c. synecdoche est, ut Æneid. 4. Omnia Mercurio similis, vocemque coloremque, &c. Per campos herbosos, id est, virides, & ita adolescentiam notat. *Sæpè latet*) Maro, Frigidus ô pueri, fugite hinc latet anguis in herba *Parvulus infans*) Alludit ad Mosen, qui relicto auro carbonem ardente in os suum intulit, quo se innocentem ad-

adhuc declaravit. *Aditu*) id est, introitu. *ameno*) delectabili & voluptuoso. *Trames hic*) scilicet tam amoenus. Pronomen hic anceps est, unde hoc loco corripitur: adverbium autem semper produci vult. *Crudelē hospitium*) appositorie, sicut *Eneid.* 6.

*Itur in antiquam sylvam stabula alta fet
raturum.*

situs) id est, mucore & lanugine innatunda, Remeare voratur Maro.

Facilis descendens Averni.

*Noctes atque dies patet atri janua ditis:
Sed revocare gradum, superasque eva
dere ad auras.*

*Hoc opus, hic labor est, pauci quos aequus
amavit*

*Juppiter, aut ardens evexit ad aethera
virtus.*

Diis geniti potuere.

Piceis vittis) i. caligine ignorantiae & desperationis. *velutar lumina*) i. habet oculos velatos, est enim Græ-Vitta. *ca locutio.* *vittis*) i. fasciis quibus ligari solent decollandorum oculi. *Transit*) id est, transformatur in effigiem monstri. docet quid metamor-

morphoses poëtarum sibi volunt, quibus Ulyssis socii in feras & pecudes versi finguntur: quia homo voluptati deditus fit bestialis, animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. unde neque suspicit id est, sursum inspicit astra. ima occupat id est, semper versatur in limo carnalium desideriorum. Mons plurimus id est, difficultates & pericula, quæ in luxuriosa vita sunt, latyces stygios id est, obscenas aquas tristitiae infernalis. altumq; id est, profundum barathrum id est, voraginem, in Styga) i. lacum Stygius infernalem, à tristitia dictum. declinatur autem hæc Styx, hujus stygos, unde hanc Styga accusativus. Erebus fere à doctis sine h scribitur, diciturq; lacus obscurus: nam ēpe^{ce}re^{os} obscurus dicitur. Ego) scilicet virtus, aut bona inspiratio. Indefessa) id est, indefatigabilis. Multa pretereo) quia nota sunt etiam pueris.

Tolle moras igitur, mortis fuge blanda (123
propinquæ

Atria, secerit tam pete litoris oram,

R

Qua

*Qua contra Idalias fluctus mihi tollit in
altum,* (ctus.

*Aëra Carmelus viridi caput arbore cin-
Primus hic antiquis patribus saeclo, do-
mosq;* (sum.

*Præbuit arboreas intra nemus silice den-
Ex hoc in vestros deducta cacumine
montes*

*Relligio venit sicut de fonte perenni
Flumina, & ex una multi genitore nepo-
tes.*

*Illi in sylvis, abies ubi plurima surgit,
Pinguis ubi picea sudat liber, & terebin-
thi,* (vum,
*Innocuum postquam feliciter egeris a-
Mox tua mutatis atas renovabitur an-
nis.* (per.

*In loca te tollam meliora, virentia sem-
Immortalis eris dum come ire per a-*

stra (Napæas
*Inter Hamadryades, & orcadas, atque
Flore coronatus caput, & redolentibus
herbis.*

*Fas erit, ac super & subter cognoscere
cales.*

*Tolle moras.) Prosequitur verba
virginis, quæ Polluci apparuit blan-
da.*

da. Atria mortis propinqua) quia du-
 cunt in bonis dies suos, & in puncto
 descendunt ad inferna. Et alibi:
 stulte, hac nocte rapient animam
 tuam. *tum oram*) scilicet montis Carmeli, qui contra Idalios fluctus, id
 est, Cypron protenditur mihi aut
 divæ virginis, aut sanctæ inspirati-
 oni: nam omnis religiosa professio
 Heliam & Heliuseum, cæterosque
 filios prophetarum habet auctores,
 etiam Hieronymo censore. *Hoc* scilicet Carmelus, *præbuit primus anti-*
quis patribus) scilicet jam dictis, *spelæa*, *Spelæa*
 id est, speluncas, *& domus arborcas*)
 i. sub arboribus, intra nemus den-
 sum slice (i. in nemore illicibus ple-
 no: unde dicit caput ejus cinctum.
 Viridi arbore relligio *venit deducta*
ex hoc cacumine.) Id est, ex hoc verti-
 ce Carmeli. *in vestras montes*), qui
 scilicet in Europa sunt: nam duce
 divo Ludvico primum in Galliam
 translati sunt. *sicut flumina*) scilicet
 deducuntur, *de fonte perenni*) id est,
 per totum annum, & ita perpe-
 tuum fluente: flumina enim ferè

in montibus fontem habent pro capite. *Illiis in sylvis*) Ordo est: Postquam egeris fœliciter ævum innocuum in sylvis illius scilicet Carmeli, *ubi*) i. in quibus surgit plurima abies,

Liber. & liber) id est, cortex interior. *picea*) scilicet arboris pinguis, qui picem exudat & liber terebinthi sudat) scilicet resinam & picem. Allegoricōs vult illic tranquillam & sine penuria esse vitam, quia qui omnia denerint sequunt CHRISTUM sequentes centrum recipient. & vitam æternam possidēbunt. *Mutatis annis*) scilicet in æternitatem qui erant transitorii. *Ire per astra inter Hamadryados*) id est, nymphas arborum, & *Oreadas*) id est, nymphas montium & *Napaeas*) id est, nymphas florum, id est, inter cœtus virginum *fas erit*) quia & ipse virgo. His sunt qui sequuntur agnum quo-cunque ferit, &c. *Ac super & subter*) quia in medio erit.

✓ 141) is | *Sic effata leves virgo decessit in auræ.
Tum sua juraavit Pollux mutata rapente*

Po-

Pectora, & extemplo victum expirasse
furorem.

Non aliter quam flamma cadit, si arden-
tibus agris (undas.

Effluat, & totas praeceps Padus evomat
Sic abiit, crudelis amor, qui sepe pharetrā
In juvenem, dum principiis obstaret a-
mandi, (rat omnem:

Dum tepet, ac timide insanit, consumpta-
Sic igitur Pollux in claustra silentia ve-
nit.

Alph. Sunt quibus aspirent etiam no-
lentibus ultrò,

Sunt quibus infensi sine causa & crimine
dii sint.

Galb. Quod nos in pecudes, in nos iudici-
ris habent dī: (bos.

Hoc rus scire sat est, sapient sublimius ur-
sic docuit rediens aliquando ex urbe sa-
cerdos

Janus, & in magno dixit sibi codice lectū.

Alph. Sol cedit, & Baldi vix summa
cacuminata tangit.

Non quoq; jam serò cum sole recedere tem-
pus.

Galbula sarcinulas ne sit tibi ferre mole-
stum.

*Pera levis; levis est & cantharus, omnia
parvus (pondus.
Ferre labor fero, grave manè, sed utile
161) Ipse pecus ducam, mihi pars erit ista la-
boris.*

*Sic effata.) Bene effata, quia sic
dicuntur oracula. Virgo) aut virtus,
aut diva virgo, discensit in leves
auras) id est, evanuit. Tum sua jura-
vit Pollux) ideo juravit, quia difficil-
le creditu. Simile D. Thomæ Aqui-
nati contigisse dicunt, qui aecinctus
lumbos, poste à Venereum ardorem
non sensit. Et exemplo) id est, illico,
Extem- plò. è vestigio, tractum ab auguribus
volunt, qui designato templo di-
cebant exemplò, quò dicto, subito
abscesserant. Furorem) id est, ambo-
res. Non aliter) scilicet ut aqua ex-
tinguit ignem. Qui consumperat in
juvente omnem pharetram) i. e. omnes
vires suas. dum principis obstaret.) id
est, obstare vellet aut deberet, juxta
illud, Principis obsta, &c. Dum tepet) id
est, dum animus in dubio est, faci-
li momento huc aut illuc impelli-
tur. Ac timide insanit) id est, adhuc
ti-*

timore & pudore afficitur, & non-dum consentit in illecebras. *Sic etiam Pollux in claustra silentia venit*) ubi impeditam habet venam, ne liberè canat. *Sunt quibus aspirent*) quia spiritus ubi vult spirat: *sunt quibus infensi sine causa & crimine dei sunt*) Id impiè, nisi rustice: quia consilia Dei sæpè occulta sunt, nunquam autem iusta. Videntur autem dii infensi bonis & insontibus quando maximè amici sunt, hoc est, quando eis tribulationem, ut meliores evadant, immittunt: nam virtus in infirmitate perficitur. Quia ergo rustici id non animadvertunt, vi-dentes bonos affligi, dicunt Deum eis infensum, cum minime sit: veruntamen si sit, non tamen injustus est, quia non habet præscriptam legem. Unde dicit Galbula,

Quod nos in pecudes) Ordo est, Dii habent id juris in nos, quod nos scilicet habemus in pecudes. *Hoc rus scire sat est*) scilicet rusticos. *Sapient sublimius urbes*) id est urbani. *Sic do- cuit rediens*) id est, veniens, cùm illic

R 4 ha-

habitent fere prædicatores, & Janus
dixit sibi lectum in magno codice) scili-
cet , decretorum aut bibliorum.
Sol cedit) Pro more suo finem parat
Eclogæ, docens esse discedendi tem-
pus. *Galbula sarcinulas*) Ordo est,
O Galbula ne sit tibi molestum) id est,
grave ferre) id est, auferre, & colli-
gere sarcinulas) id est, parvas rerum
pastoralium sarcinas. *Pera*) scilicet
nostra, in qua panis & cætera edu-
lia ferri solent est levis) unde di-
cunt Aesopum cum aliis accinctum
ad iter libenter subiisse reticulum
panis, licet ponderosius esset , quia
novit in itinere imminutum iri.
Cantharus) i. poculum quo Silenus
uti dicitur in Buco. Virgil. Et gravis
attrita pendebat cantharus ansa.
Cantharus ergo levis quia exhaus-
stus. *Parvus labor est ferre omnia*) sci-
licet cibi & potus repositoria. *Sero*)
id est , vesperi & grave pondus, sed
utile est ea omnia ferre manè. *Ipsæ*)
scilicet ego, *ducam pecus*) i.e. gregem
nostrum.

EC.

b.3. Mitior, hanc armenta monit deducere tempus.

RIL. ECLOGA VIII. 265

ECLOGA VIII.

De Religione Rusticorum
in scripta

RELIGIO.

Colleguntiores.

CANDIDUS ET ALPHU.S.

Horrida solsticio tellus sedit, Alphe,
reverso, (mine, & astas.
Ad solitas montes, ubi ros in gra-
Alph.. Aëreos montes & summa cacu-
mina longè

Prospicio quid sint montes (tibi vera fa-
tebor) (cuspis,

Nescio: semper enim campestria rura, la-
Incolut, montanus ager qua fruge redun-
dat?

Can. Orude & illepidum ingenium, prope
flumina semper

Versatus, fulica morem, limosa per arva.

Sunt ubi ranarum, culicum, pulicium, ci-
micumq, (pyros,

Lustra, inter salices, vluas, viridesq, pa-

Irrideret audes, & naucipendere montes,

Unde fluunt amnes, templis, ubi tanta lo-
candis

R 5

Mar-

*Marmor a ceduptur fulgens ubi nascitur
aurum?*

*Quæ parit antennas tellus? medicamen
ab herbis,*

*Dic quibus est nisi montanis? de vertice
Baldi*

*Sepè melampodium legi, medicina capillis
Nulla magis præsens: quondam Valsasi-
nus Aegon, (agnos.*

*Tradidit horum dum verè suæ castraret &
Tradidit & dixit soli medicamē habeto.*

*Dic ubi castanea plures? ubi copia major
Glandis? in excelsis fontes & pascua vidi
Montibus artocreas, & pingue polenta
comedi.*

*Sunt populi fortes illuc, robusta juventus,
Lataperdos, callosa humeros. nervosa la-
certos,*

*Hispida dura manus, moli indefessa fe-
renda.*

*Horrida solstitiotellus fitit.) In hac
Ecloga, quæ inscribitur de religione
pastorum, habentur primò laudes
montium, quas Candidus naëtus
occasione ex calore solstitiali,
quò urgente montes petere fvatet,
accumulat non immemor (si recte
fen-*

sentio) Carmeli sui, quem inco- Solsti-
lere jam animo constituerat, & tua duo
cujus laudes prosequi intendit. Sol-

stitio) scilicet æstivali, non bruma-
li. Est enim duplex, alterum quo

sol stare dicitur; quod altius assur-
gere in epicyclo suo nequit: alte-

rum, quia profundius descendere
non potest, ut in bruma. Ad solitos)

scilicet Candido & gregi ejus, nam

Alphus montes ignorat. Ordo est,

tempus monet deducere (dicerem Dedu-
perducere: nam deducere in al-

tum, inusitatum est) hæc armenta

ad montes solitos, ubi ros est in gra-
mine, & astas mitior) id est, tempe-

rantior: quia in summis montibus
tempore æstivo frigus opacum est.

Montanus ager qua frugo redundat?)

Ex hac quæstione nanciscitur oc-
casione monitum describendo-

rum. O rude ingenium, Versatus) Con-
struictio ad rem respiciens non ad

vocem, sicut apud Comicum, Sce-
lius qui me querididit, pulicum) pri-

mam communam habet hæc vox.
Cimicam) cimices sunt vermes fœ-

Cimer,

tid,

tidi, parietibus & lectis inhærentes,
& ubicunque vapor est aquarum,
frequentes, ut culices, pulices, mus-

Lustra. cæ & id genus bestiolæ. *Lustra*) potius ferarum sunt, *intersalices*) quæ

Ulua. in locis humidis nascuntur. *Uluas*)

Papyr9 id est, herbas palustres, & *papyros*) id est, arundines, quæ in Ægypto tantæ nascuntur, ut ex singulis internodiis faciant naviculas. Habet autem membranam tenuem, in qua olim scriptitabant, unde nunc abutuntur vocabulo, papyrus pro chartis dicentes. *Et nauci pendere*) i.

Nauci. non pluris facere quam nauci, quod aut putamen est nucis, ut Priscianus & Tortellus sentiunt: aut granum fabæ cum se aperit, ut Servius vult: aut, ut nonnulli, mucor nucis priusquam condensatur in nucleus. Ponitur autem pro nihilo, aut rem minimi precii & valoris. *Unde fluunt amnes*) quia ferè in montibus ortum habent, ubi tanta marmora caduntur *locandis*) id est, constituendis templis, id est, ad constituenda templo. *antennas*) id est, malos transversas.

Sepc

**Anten-
nas.**

Sapè melanpodion) melanpodion genus nigri ellebori , à melampodè podion quodam , qui eo uti in divinationibus solebat, dictum, aut à pastore ejusdem nominis, qui primus hanc herbam invenisse dicitur, dum capras eo purgari animadvertis, dato que earum lacte furentes Prætidas sanari. unde Maro dicit Georg. 3. Iuventæque nocent artes , cessere magistri Phyllirides Chiron, Amithaom usque Melampus. Interpretatur autem melampus, nigripedis: pus. vocant enim μέλας nigrum, & πόδης dicitur pes. Fuit & aliis mantes , id Mantes est, vates insignis. *Medicina capellis nalku magis præsens*) id est, præsentius & citius sanans. *Quondam Valsinus Ægon*) Ne contra decorum medicinae peritus censeatur , dicit se accipisse ab Ægone pastore quem Valsinum à loco nominat. *Dic ubi cæstaneæ plures*) videlicet quam in montibus: quasi diceret, nusquam. *Artocreas*) id est, panem cui caro includitur, pastillum vulgo vocant. ē, το· enim dicitur panis , & χύται caro.

melampus
mantes
valsinus
artocreas
pastillum
artos

caro. Lata pedes) id est, habens latos pedes. *callosa humeros*) id est, habens humeros callosos ex labore, aut pulposos. *Nervosa lacertos* id est, habens lacertos nervosos. *Hispida*) id est, pilosa, moli ferenda) id est, ad mollem ferendam, id est, quod quis onus portandum. *indefessa*) id est, inde fatigabilis.

27) *Vatibus ex illis onera ut navalia curet,
Confluit hic, nullum est hominum genus
aptius urbi,*

*Sive velis castrare pecus, seu scindere fa-
gos, (acas,
Sive simum ferri è stabulis, haurire clo-
Latrinas curare, viamq; aperire coactis
Sordibus, & scalis puteos descendere in
altos.*

*Ingenia callent, & duro labore pollut.
Sed quid opus multis? subeunt opus omne,
popinis*

*In servire, focos lignis cumulare, veruq;
Artifici versare manu, dare libera fumo
Spiramenta, boum ventres ad flumina
ferre,*

*Verrere humana immundam scopis, do-
ctissima gens ect.*

Quod-

*Quodq; magis miror, semper sub pondere
currunt,*

*Cotibus in duris oriuntur, & ardua vi-
vunt (rarum.*

*Per juga, cum capris habitant spelea fo-
Addo quod in calum brevis est e montibus*

*altis (tollunt,
Transitus, erectum caput usque ad nubila
Nubila transcendunt aliqui, puto sidera
tangant,*

*Esse locum memorant ubi surgit ab aqua-
re Titan,*

*Qui (nisi dedidici) contingit vertice
Lunam, (actum*

*Et vixisse illuc hominem, sed postea ab
Improbitate gula, quod scilicet omnis
poma. (nanti.*

*Manderet, ex magno servaret nulla to-
Hinc divi sancti patres in montibus
altis*

*Delegere domos tacitas, Carthusia testis,
Carmelus, Garganus, Athos, Laureta,*

Lauerne,

*Et Sina, ex Seractis apex, umbrosaque
vallis,*

*Et juga Nursini fato sensis inclyta, &
altis*

abie-

*Abietibus turrita caput Camaldula san-
ctum.*

*Cetera prætereo, nec enim sermonibus
iſtis.*

*Omnia complecti statuo, montana fre-
quentant.*

*Culmina calicola: sed anas, & mergus,
& anser*

Tibis, onocrotalus, milvi, fulicaq; patudes.

*Vallibus ex illis) i. inter montes sitis,
aut loquitur de planicie, quæ est in
montibus. Enumerat autem for-
dida ministeria, ad quæ ferre aptio-
res sunt in montibus orti, sicut ad
omnem laborem, unde Juvenal.
Saty. 2. Et illud audiret poftis mon-
tanum Vulgus aratris. Posset ta-
men videri loqui de in planicie &
conavallibus natis, ut illis det hone-
sta ministeria, his fordiora: sed de
his qui in montibus nascuntur, te-
tus est sermo: quia dicit, Cotibus in
duris oriuntur. Credam de illis
loqui, qui in Franciam veniunt
purgutari cloacas & fumaria idque
quasi satyricon morsu, ut nescias an
laudet, an verius irrideat eos, nisi
quia*

quia rustico dat partes laudandi,
cui etiam vile ministerium dum
strenue fit, laudabile videtur. Ex
illis igitur vallibus quæ sunt sub
vertice montium, inter montes ta-
men. *Confluit bac*) id est, ad hæc
plana loca, subauditur ex superio-
ribus robusta juventus *ut curet opera*
nortalia) id est, nauticum expleat
munus. *Castrare*) id est, emascu-
lare seu scindere) id est, incide-
re & amputare, *fagos*) arbores
glanditeras, à φάγει id est, come-
dendo, dictas. Non autem intelligo
ut toremata faciant aut cælaturaſ,
ad quas fagus apta: unde est, Tibi
pocula ponam pagina cælatum di-
vini opus Alcimedontis. *Cloacæ* sunt *Cloacæ*
cryptæ subterraneæ, per quas for-
des in fluvium demittuntur. *Sordi-
bus coactis*) i. congregatis & compa-
ctis, ut aquæductus claudantur. *In
altos putoeis*) eorum purgandi gratia.
Popinis) i. culinis. *Dare libera fumo* *Popina*
spiramenta) i. purgare fumaria, vul-
gus caminos vocat. Ventres ad flu-
mina ferre, aut fordes aluorum,

S

aut

aut intestina pecorum mactatorum
semper sub pondere currunt) quod
in vallibus ortis non congruit, &
multò minus quod sequitur: *Coti-
bus in duris oriuntur*) i. inter cæutes &
Spelæa. saxa aspera. *Spelæa*) id est, speluncas, sed græcum est. *Addc quod in
cælum*) Id scommate non caret, aut
rusticana simplicitate, quasi verò
animæ spatio terantur in cælum.
Nubila transcendūt aliqui) Athos enim
est ultra medium regionem aëris,
usque adeò ut in eo neque nubes,
neque venti sint, sed cineres ex fa-
cificiis derelicti, reperiantur anno
peracto indispersi. *Esse locum memo-
rant*) scilicet paradysum terre-
strem, quem quidam sub lunari
globo ponunt. *Quod scilicet omnia
poma*) Id quoque pastorali joco non
caret. *Hinc divi sanctig. patres*) hoc
videtur principaliter intendisse, ut
tandem Carmelum laudet. *Carthu-
sia*) non longè à Gratianopoli in
Delphinatu, prima domus Car-
thusianorum, virorum profectò cæ-
lestium, quibus ut solitis tibicinibus,
Chri-

Christiana fulcitur religio. Carmelus antiquitate omnibus excellens, & observatione candidæ Religionis cæteris non inferior. *Garganus*) di-
vo Michaële mons insignis. *Athos*) Athos mons Thraciæ in confinibus Mace-
doniæ, miræ altitudinis, in quo est
Potidea religione insignis, quia ci-
neres in aris derelicti, disturbari
negantur. *Laureta*) ubi diva virgo Laure-
habet ædem excellentissimam, & ta-
miraculis & donariis clarissimam.
Laverna) dea quæ à furibus coleba-
tur, cui ædes erant juxta Laverna-
lem portam, quæ in Christianum
conversa est usum. *Et Sina*) mons
est, ut dicitur Galatarum quarto, in
Arabia, sepulchro divæ Catharinæ
religiosus, & præceptis Moysi datis
olim, jam illustris. *Apex Seract.*)
Apollinis observatione olim præcla-
rus Virg.

Summe Deūm, sancti custos So-
ractis Apollo.
Nunc quoque quod illie sub Con-
stantino nondum converso, deliquit
Slyester Romanorum pontifex in-

S 2 signis,

signis, & vallis dicitur umbrosa, in qua ille deluit. *Et juga Nursini fato senis inclita*) à Nursis oppido in montibus posito. *Aeneid.* 7.

*Et te montosæ misere in prælia
Nursæ*

*Ufens, insignem fama & fœlici-
bus arvis.*

Et Camaldula turrita caput sanctum) i. habens sanctum caput. *turritum*; id est, quasi turribus insignitum, abjetibus) quæ arbores in montibus nascuntur: suntq; quos sappinos vocant. Est autem non longè à Florentia. *Canticola*) ut Michael, & cæteri angeli in Sina auditi. *Anas*) avis immunditia aquarum gaudens.

& Anser. mergus) ad limum tendens, & *anser*) etiam illuvie aquarum pastus, & *i-*
bis) ut ciconia, cui similis est, serpentibus nutrita. *Oreocrotalus* etiam obscenitatem amans ea ab *ōrōe* quod est, inquino, deduci videtur.

Milvi. Milvi) aves rapaces, & obscenis viventes. *Fulica*) aves circa littora turpem victimum quærantes, frequentant scilicet paludes.

Alph.

Alph. Inter montana tantos regionis (60
honores.

*Cur de messe nibil, nihil est de palmito,
dictum?*

*Hec tamē humana duo sustentacula vita
Maxima: monticola veniunt è rupibus
ad nos*

*Hordea mercatum, torvi, fuligine tincti,
Setosi, & macie affecti, laceri, ac situosi.
Indigenæ ostendunt quæ sit natural locorū.
Sed quod montanis de relligionib⁹ inquis,
Retulit in mentem quæ de Polluce ferun-
tur. (nympha?)*

*Quæ dea, si nosti, visa est, quæ Candide
Dic agè, nam cœptum certamen inutile
nobis.*

Utilior sermo de relligione tenendus.

Can. *Galbula, qui solitus pecudes in
pascua tecum*

*Ducero, te sati hoc potuit docuisse quod
optas.*

Alph. *Plura quidem Polluce super narrata,
sed ipsam*

*Nec docuit nympham, nec me quæsiisse re-
cordar:*

*Nunc subiit mentem, cùm relligionis ob-
orta est*

Mentio & illarum visa est mihi maxima laudum.

Cand. Non erat illa Dryas, neque Libethris, nec Oreas.

*Venerat è calo superum regina, tonantis Mater, anhelanti pacem latura juventa.
Huic Tethys, huic alma Ceres famulan-
tur, & ipse*

*Aeolus, æquoreis ventos qui frenat in
antris.*

*Hanc deus astrorum flamas super, atq
volant as*

*Solis equos, supra fulgentem Cassiopeiam
Extulit, & sacram bissenosidere frontem
Cinxit, & adjecit subter vestigia Lunam.*

*Inter montane.) Objicit Alphus
nullam esse mentionem factam de
frugibus, quas huberiores in æquo-
re seu planicie nasci contendit. De
messe) id est, de frugibus, de palmita
id est, vitibus. Mercatum) supinum
à mercor, id est, emptum : torui)
quia immitti fere sunt fronte, usque
adeo ut immites dicantur in coti-
bus orti: unde Maro in Bucol.*

*Nunc scio quid sit amor, duris in
cotibus illum.*

Ilma-

Ismarus aut Rhodope aut extre-
mi Garamantes.

Nec nostri generis puerum, nec
sanguinis edunt.

Fuligine) id est, pingui fumo. *Setosi*) *Setosi*,
id est, hirsuti. Juve. Hispida mem-
bra quidem & duræ per brachia se-
tæ, promittunt atrocem animum.
Situosi) Valla docet sitosum esse in-
usu, licenter autem hîc usurpatur
situosi, quia per regulam fieret si-
tosus. *Indigenæ*) id est, inde geniti,
hoc est, ut hîc accipitur, incolæ. *Sed næ.*
quod) tendit ad principale, quod est
declarare, divam virginem esse vi-
sam Polluci, hoc est, Poëtæ, ejusq;
laudes accumulare, & Poëtæ in re-
ligione vitam paucis significare.

Galbula) de quo in Polluce satis di- *Galbu-*
ctum est, videtur per diminutionē la-
di ci à Galba, de quo Juven. Nec vi-
lis Gelba tulisset. *Polluce super*) id est,
de Polluce, est enim anastrophe. su-
per autem accipitur cum ablativo
pro de, ut Æneid. I.

Multa super Priamo rogitans su-
per Hectore multa.

Nunc subiit mentem) i. venit in men-

Dryas. *tem. Non erat illa Dryas) i. dea arbo-*
rum, & præcipue quercuum, ut di-

Libe-
thris. *ximus. Neque Libethris) i. una mu-*
sarum quæ libethrum incolunt.

Oreas. *nec Oreas) id est, dea montium nam*
op̄ mons dicitur. Tonantia) id est,

veri jovis, cuius est tonare, hoc est,
Jesu Christi filii Dei. Mater) scilicet

Maria. Juventæ anhelanti) id est, la-
boranti in periculo vitæ. Pacem) id

Tethys *est teanquillitatem mentis. Tethys) i.*
magna dea maris, uxor Oceani, fa-
citq; Tethyos in genitivo, & utramq;
producere potest, ut in Georg.

Teq; sibi generum Tethys emat
omnibus undis.

Ceres. *Ceres) dea frugum, dicta regina Sici-*
liæ alma, quia nos suo invento alit.

Aeolus. *Et ipse Aeolus) rex ventorum dictus,*
quod illorum usum mari fecit ab-
scissa sylva, quæ impedimento erat.
In antris equoreis) i. vicinis æquori,
Æneid. i.

Æoliæ venit loca fœta furenti-
bus austris, &c.

Frenat *Ibidem: Ille se jactet in au-*
la

la Æolus, & clauso ventorum carcer
re regnet. *Deus extulit hanc*) scilicet
divam virginem super flamas a-
strorum : unde canitur. O gloriofa
domina excelsa sidera, quia assum-
ta est, Maria ad æthereum thalamū.
Atq. volantes) id est, pernices, *equos*
solis) quos Ovidius in principio II.
Metamorph. ponit, ut alibi diximus.

Supra fulgentem Cassiopeiam) quæ est Cassio-
in circulo arctico, effigies tamen peia,
corporis ad æstivum circulum per-
venit, quam capite & dextra manu
tangit, quam prope mediam divi-
dit circulus lacteus non longè à Ce-
phei circulo locatam, ubi occidit
cum Scorpione, exoritur cum sa-
gittario. Hanc Euripides & Sopho-
cles, & alii multi scripserunt gloria-
tam olim fuisse, quod Nereidas cor-
poris pulchritudine superaret,
propter, quod in siliquastro con-
spicitur sedens, & vertente se mun-
do resupinato capite ferri videtur.
Bissexto siacre) ut in Apocalypsis VII.
Mulier amicta Sole, & Luna sub pé-
dibus ejus.

87) Al. *Candide mira canis, nullis pastoribus
unquam siopea?*

*Cognita, quid Tethys? quid fulgens Cas-
Acolus aquoreis ventos quis frenat in
antris?*

*Qui sunt Solis equi? magna atq; ignota
recenset.*

*Cand. Sidera sunt partim, partim sunt
nomina prisca.*

*Omnia qua Pollux mihi cùm narrasset, in
admodum monstrat.*

*Duxit, & ista facer paries, ait omnia
Pictus erat paries signis, & imaginem mul-
ta. (lis ista*

*Omnia non memini, mens est mihi debi-
Vix tenui, dum sepe animo volvo atque
revolvo.*

*Sepè recordari, medicamine fortius omni.
Ista potest nigro depellere nubila calo.*

*Ista potest siccis fluvios dare frugibus
imbras.*

*Cum volet: ista novos duris emittere
campis (fontes.*

*Cum volet, emissos poterit restringere
Qui modo sunt steriles, & nudi gramine
campi, (glebas:*

*Si volet, in pingues poterit convertere
Fri-*

Frigida Saturni cùm sidera suscipit atro
Scorpiis hospitio, non auferet hordea
grando,

Nec domus ardebit: nam tunc hac omnia
calum

Dicitur iratis in terrā effundere ab astris.
Si volet, hac nobis custodiet omnia virgo.
Si favet hac nobis, complebunt horrea
messes,

Adjicet ḡ, gregi semper fætura gemellos.
Si pecus infelix erit, & sine vellere, solo
Ipsa potest nutu dare lac, dare vellera &
agnos,

Et curare greges, omnemque avertere
morbum. (ruris

Nil opus est modo Pana sequi, nec cætera
Numina, que veteres frustra coluisse
feruntur,

Vidi circū aram nymphæ pendere capellas.
Plausta, leves, & oves: hic Janus vidi.
mus hircum.

Et memini inscriptam versu hoc legisse
tabellam,

Votum pro salvo Janus breve reddidit
hirco.

Candide miracanis.) Ne contra
decorum majora quam quæ pasto-
ri-

ribus convenienter cecinisse putetur,
castigat Poëta, dicens se à Polluce
didicisse. *Sidera sunt partim*) ut Cas-
siopeia. & ista sacer paries) scilicet,
qui erat in æde sacra. *Sapè recordari*)
subaudi, est fortius omni medicina-
mine. *Fluvios imbres*) id est, effluen-
tes, & abundantes. *Novas fontes emit-*
tere) quod usū venisse varia loca
prædicant. *Frigida Saturni*) id enim
Prognosticō est futuræ calamitatis,
id est, culmorum per grandinem
dejectionis: unde dicit Maro, Geor-
giorum primo.

Hoc metuens, cæli menses &
sidera serva,

Frigida Saturni sese quo stella re-
cepit.

Quia ut auctor noster interpreta-
tur, dum in scorpium venit, grandine-
m generat Saturni sidus: sed di-
va virgine intercedente non aufert
hordea grando, *nec domus ardebit*)
id est, comburetur fulmine. *Fœtura*)
id est, fœcunda productio fœtus.

Maro,

Si fœtura gregem suppleverit au-
reus esto.

Ad-

Adiicit) scilicet, ad gregem, *gemellos*)
 id est, geminos fœtus, *Si pectus infelix*)
 id est, morbidum & miserabile fu-
 erit: bene autem convertit sermo-
 nem ad rem pastoralem. *Solo natus*)
 solo indicio capitis. *Pana*) deum pa- *Pana*,
 storum, de quo Maro.

Pan curat oves, oviumque magi-
 stros.

Cetera numina) ut Palem, Apollonem, Faunos, Sylvanos, Ægiapanas, Satyros, Cererem, Bacchum, &c. *Nymphæ*) id est, divæ virginis, æterni patris sponsæ. *Capellas*) id est, capras cereas. *hircum Jani*) i. quem Janus putarat amissum, cum a puero in veprib. alligatus esset, ut prius vidimus. Est autem artificiose hoc dictum; nam sic prius dieta veram historiam asserit. Erat autem hircus cereus aut depictus, ut pareat ex carmine. Moris est autem Italorum in tabellis votivis depingere casus suos, & miraculosas liberations, aut rerum recuperationes, Unde & Amasius poëta:

Nym-
phæ.
Capel-
las.

Nunc dea, nunc succurre mihi, te
posse mederi,
Pista docet templis multa tabel-
la tuis.

120) Dusque ea perlegerem, Pollux haec car-
mina supplex,

Ante aram genibus positis in marmore,
dixit :

O dea, qua servas urbes, & jura, precamur
Ne Padus exundet, ne strix nocturna por-
umbras

Hauriat infantes nec eant per compita
larvae.

Diva, fave agricolis, talpas occide ma-
lignum

Aggeribus pestē, gelidis sata lataprūnis,
Quando brūma venit, conspergero dova
memento,

Netineo rodant anno frumenta sequenti.

A Boreo flatu pinguis defende maristas,

A gruis ore fabas, & ab anseri farra
palustri,

A serpente boves, à vulpe & fura co-
hortem, (fruges,

A brucho erucas, à bruma & grandine

A rabiæ catulos, à flamma & fulmine
villas,

A mu-

A murum insidiis petasonem, à milite
pernas,

A campo & pigris, pigris heu catena
nescit

Mens obliterata sequi, numerus me in dorbe
reduxit.

Sapius in numerū rediens, oblivio forsan
Mente abigam retrogradior numerumq;
recurrat.

A murum insidiis petasonem, à milite
pernas.

A campo & pigris virides timacibus
hortos.

Alpha, viden, qua vis numeri? jama ca-
tera cerno

A tonitru reboante cados à frigore fatas;

A gravibus vitulos, a steris à guttura

porcos

Anginosa, operas pubes non rustice perdat

Adsis, ò dea, nec ladan examina fuci;

Nec milium furentur aves, nec vellera
fentes (quentes
succida, nec lappas apprendat lana se-

Diva gubernatrix hominum, custodia
vatum;

Diva laborantū requies, medicina dos-
lentū,

Es

*Et tutela gregum, nostris precor anime
votis.*

*Talibus orabas Pollux, ego postibus ha-
rens,*

*In baculum pede porrecto recitata no-
tabam*

*Altius, ac memori condebam singula
menta.*

*Dumq; ea perlogerem.) Ostendit
Pollicem in religione memorem
pastorem, atque orare pro rerum
rusticarum conservatione: unde
carmen ejus deprecatorium re-
cenget. Perlogerem) scilicet oculis,
non ore: nam (ut dixi) picturæ
sunt indoctorum libri, &) scilicet
quæ depicta dixit, in marmore) super
marmor pavementitium. Ne padus
mundat) quia sœpè (ut Maro dicit)
fluviorum rex Eridanus campos-
quis per omnes cum stabulis ar-
menta trahit. ne frix nocturna) Id
ex rusticorum superstitione, qui
Lamia. putant striges & lamias noctū vola-
re, quæ infantes auferant edendos,
quod dictum est ad terrorē pue-
rorum, ne noctu vagentur. Auctor
est*

est Porphyrius ad illud Horatii in arte poetica.

Ne, quodcunque velit, poscat si-
bi fabula credi,

Ne pransæ lamiæ vivum pue-
rūm extrahat aluo.

Perottus autem dicit de strigibus
sic: striges non à stringendis in- Strix.
fantum corporibus, ut quidam fal-
so existimant, sed à stridore nomen
habent, fabulosumq; est quòd eas
tradunt hubera infantium labris
immulgere. aves sunt noctur. Lu-
canus,

Quod trepidus bubo, quod strix
nocturno queruntur.

Constat tamen & in maledictis jam
esse, & etiam apud vetustissimos fu-
ille, accipicq; pro maleficiis mulieri-
bus, quæ noctu gradientes, infanti-
um corpora sanguinem sugendo
exhauriunt. hæc ille. *Hauriat igitur*
id est, exhauriat sanguinem sugen-
do. *ne larva* id est, cacodemones ac *Larva*.
lemures, hoc est, nequam spiritus,
qui vagari putantur, & dum inno-
ci sunt, lares dici. *salpus* appositot

T riè

- Mari-** riè malignam pestem. *aggeribus*) id
fca. est, cumulis terræ. *Netineæ*) scilicet
 nivales aut alii vermiculi, ut lima-
 ces, bruchi, tineæ, *blattæ*. *Mariscæ*)
 id est, ficus. *ansere palustri* id est, in-
 domito, in paludibus versari solito.
à serpente boves) quia in alvum im-
 mitti solent. *cobortem*) id est, gre-
Bruchi, gem, *à brucbo*) id est, vermiculo,
Bruma caules & erucas, quæ salaces sunt,
 herbæ, depascere solito. *à bruma*) id
 est, brumali frigore. *à rubigine*) in-
 fecta pluvia quæ rubiginem indu-
 cit. *catulos*) id est, catellos, *villas*) i.
Petafo. domos in agro. *petafonem*) id est, ante-
 riora crura suum. *à milito*) id est,
 stipendiario. Franci arcitementem.
Campe francum appellant, *à campe*) id est,
 vermiculo illo, hortenses maximè
 herbas & arborum frondes erodere
 solito. unde Columella,
 Nec solum teneras audent ero-
 dere frondes,
 Implicitus conchæ limax, hirsu-
 taq; campe.
 Fingit autem rusticum oblitum
 carpinis, ut decorum seruet. *Qua-*
vis)

vis) id est, virtus, numeri) id est, rhymi & metri, quia metra juvant animos, id est, memoriam. Unde ille, Numeros memini si verba tenebam. à tonitru roboante cadus) id est, Cadus. vasa vinaria, in quibus per vehemens tonitru vina obverti solent, & in vappam mutari. fætas) id est, Fœta. gravidas oves. æstris) quos Latini Oestrū. asilos vocant. Maro Georgicorum tertio. Cui nomen asilo Romano-rum est, œstrum Graii vertere vocantes. Vitulos ardente Sole humilium excruciant, & in fugam quasi furentes vertunt. à gutture angino-
 ſo) is enim suibus peculiaris est morbus. operas) id est, labores diurnos. Opera. fuci) vespæ sunt inutiles, apes autem muscæ non mellificantes, sed mel-laturantes: unde dicit Maro de apibus.

Ignavum fucos à præsepibus ar-
 cent.

Examina autem sunt, apium fætu-
 ræ. Juvenalis. Examenque avium
 longa considerat uva. Milium) Ie-
 gumen (ut quidam volunt) à mille

dictum, quod millesimum reddat
eum primam corripit, ut Georgi-
corum primo. Et milio venit an-
nua cura: *veller a succidu*) id est, cum
Sentes. lana nondam lota. **Sentes**) id est, spi-
Lappa. næ & vepres hirsuti, *lappas*) id est,
nodulos hirsutos in lappa herba-
crescentes. *Memori mente*) ut vero
simile faciat.

155) **Alph.** *Candido, Polluci pro sollicitudine*
tanta,

Pro precis officio, pro religione putasne
Dandum aliquid? nobis pietate peculia
crescunt.

Can. *Quidni aliquid dandum est? opus*
est persolvere crates,

Alph. *Ruficrus es, crates etenim progra-*
tibus inquis.

Can. *Crates & grates parvo discrimine*
distant.

Dandum aliquid, neubis detar, sine pa-
schareverti,

Quando sacerdotes commissa piacula
solvunt.

Alph. *Quid dabimus? vituli gravis est*
jactura, vel agnum;

Fablearem, pietas etia landabilis amser-
Cand.

Cand. *Dona docet tempus, lepores brumalia dona,*

Quando nive hiberna currendi crepta facultas. (lendas)

*Anser ad Autumni finem, Non asque, Ca-
Pertinet astatis: coryli nova poma, racemi
Munera, lactantes hædi sunt veris &
agni,*

*Tunc si de cordis aliquem confexaris
egrum*

*Ac tenuē, qui nec vendā nec vivere possit.
(Munus erit solenne satis) domibimus
agnum.*

*Ipse mihi cūm jam regredi post prouidia
vellem,*

*Carmina de nymphæ solennibus erat
fastis*

*Tradidit, & dixit: Si quando grau-
bere curis,*

*Hac cane, promensis medicamine carmen
habete.*

*Candide Polluci.) Ostendit Poëta
hoc figmento pastorum animum
ad gratitudinem, ut ad eam invitet,
non immemor professionis suæ.
Pietae) i. e. eleemosynis pie exhibi-
tis peculia) i. possessiones. opus est Peculia*

persolvere crates) Ut risum excitet,
facit rusticum crates pro grates di-
cere dandum aliquid, sed ne bis de-
tetur, *sine*, id est, permitte pascha re-

Piacula verti. *piacula*) i. peccata expiatione
digna. *solvunt*) id est, absolvunt.

jactura) i. amissio. etiam *anser est pio-
tas*) i. eleemosyna laudabilis. *dona
docet tempus*) i. pro tempore danda
funt dona, quia habent & obsonia
sua tempora: unde lepores etiam
debent dari in media hyeme, quan-
donix alta impedit aufugere. *Anser*

ad Aatumnum & Calendas Novembris

Coryli pertinet. *Coryli*) i. avellanae & nova
poma, & racemi sunt munera æsta-
tis. *Hædi & agni lactantes*) i. adhuc
lac fugentes, sunt munera Veris,
id est verni temporis, *De cordis*) i.
sceno autunali: qui nec vendi &c.)
Morem rusticorum satyricè descri-
bit, qui donant quod retinere non
possunt: *carminal*) scilicet frequentia,
de nymphæ solennibus eruta fastia) i. e.
Fastorum libris.

177) *Quando Molochao Titan descendit ab
altro,*

Pro-

Pronus & Astrææ jam lumina virginis
intrat,

Virgine latetur pubes, & cana senectus,
Transit ad superos, & olympica regna
petivit.

Ogdoas ut toto jam tertia fluxerit orbe
Festa dies, iterum natalia virginis aras
Ignibus illustrant, offert nova liba sa-
cerdos.

Libra redit, noctes properans aquare
diebus.

Exultat Picentia ager, vehit Adria puppes
Illyricas & Chaonias, cum mercib⁹ adsunt
Thusci, Ilmbri, Venoti, Sicuti Laureticas
templa solutis,

Cum donis turmatim adeunt: votisque
In sublime jugum lati ad commercia
tendunt.

Et cum Thessalicas cursu breviore sa-
gitas (pruinis,
Sol subit, & frigent urentibus crux
Clausa gynacei sacris penetralibus, hausit
Corde Deū toto proprios oblita parentes.
Et cum semiferi fugiens Chyronis ab arca
Latuet ab hyborei glacialia limina
capri,

Induat ornatas & mæcæ feminæ vestes,

*Latitiaeq; diem celebrant, quo semine
sacro*

*Conjugis annosus gravidam pater imbuuit
alvum,* (phæ

*Illa dies etenim sanctæ primordia nym-
Fecit, & in nostras retuit descendere
sordes.*

*Quando Molorchoeo,) Docet quibus
temporibus agantur solennia festa
divæ virginis, ut festum assump-
tio-
nis in medio Augusti, quando Sol
derelinquit Leonem, & ingreditur
Virginem: unde idem in Parthe-
nice Mariana,*

*Terge feræ Titan Nemeæ extre-
ma tenebat.*

*Fulgentum cratera inter clá-
ramq; coronam*

Sequitur autem, in hac re opinio-
nem Nigidii, qui hunc Leonem
tradit à Luna jussu Junonis in ter-
ra Arcadica, & regione Nemeæ
educatum, & deinde in exitum
Herculis demissum, quem Hercu-
les jussu Euristhei clava, quam à
Molorcho hospite acceperat inter-
fecit: itaque postea clava pro gla-
dia

dio, pelle pro scuto usum Hercu-
 lem fuisse. Leonem vero à Juno-
 ne inter sidera relatum, qui ad oc-
 casum spectans, suprà caput hy-
 dræ constitutus est. *Quando igitur*
Titan) id est, Sol. descendit pronus
 ab astro *Molorchao*) id est, à Leone
 clava Molorchi interempto (est au-
 tem longè petitum Epitethon &
 intrat jam limina virginis *Astrææ*)
 i. e. justitiae virginis, quæ astræa
 dicta cælum petiunt, sed ut dicit Vir-
 gil. Ultima cælestum terras *Astræa*
 reliquit. tunc scilicet *pubes*) id est, ju-
 venes pubescentes, & *senectus cana*)
 i. senes canescentes. *latetur virgine*)
 scilicet Maria, quia scilicet transiit
 ad superos, & *petivit regna olympica*)
 i. *cælestia Ogdoas*) describit festum Ogdo-
 nativitatis divæ virginis, dicens, *ut*) as.
 id est, postquam, *tertia ogdoas*) id est,
 octava, aut tertius octonarius nu-
 merus. *Est enim ogdoas ad* \odot *nu-*
moris octonarius: quo ter replica-
 to post assumptionem, habetur na-
 talis virginis. *fluxerit jam tato urbe*)
 æternum scilicet est festa dies, quia na-

T 5 ta-

talia virginis illustrat̄ aras virginis ignibus; scilicet lumenib⁹. *Sacerdos offert nova liba*) id est, libamina. *Libra*) scilicet, signum, redit properans) id est, festinans, aquare noctes diebus) quia paulo post est æquinoctium Autumnale. Maro,
Libra diēi noctisq; pares ubi fecerit horas.

Ager Picenus exultat) scilicet, festo solenni. *Adria*) i. mare Adriaticum. *vehit puppes Illyricas & Chaonias*) id est, Epiroticas, i. vehentes Illyricos & Chaones seu Epirotas Lauretum visentes. *Thusci adsunt cum mercibus*) i. rebus venalibus. *Umbri, &c. In sublimi jugum*) ubi aedes divae virginis. *Et cum Thessalicas*) describit festum presentationis ejusdem virginis, quod celebratur cum Sol subit cursu breviori, quia tunc bruma est. *sagittas Thessalicas*) i. sagittarium signum, quod Chiron Thessalicus constituere dicitur: quia tunc clausa sacris penetralibus, scilicet templi gynæci) id est, secreti virginum, est enim *gynæcium id est, gynaceum*) locus ubi mu-

mulieres versantur, ubi clausa, hau-
 sit Deum toto corde, *oblita proprios
parentes*) quia soli contemplationi
 divinæ vacabat, nihil terrenum sa-
 piens. Hoc autem festum celebra-
 tur undecimo Kalendas Decem-
 bris. *Et cum semiferi &c.*) Describit
 festum conceptionis ejusdem divæ
 virginis, sequens ordinem Kalen-
 darii non rei gestæ, quia prius con-
 cepta quam præsentata fuit. *Et cum
Sol rugiens ab arcu Chironis*) scilicet fa-
 gittarii, *semiferi*) i. centauri. Cen- Cen-
 tauri enim sunt populi Theffaliæ, tauri.
 qui primi equos illic ascenderunt,
 unde procul visi, crediti sunt umbi-
 lico tenus equi: unde fabula orta, ut
 infernè equi, supernè homines di-
 cantur. *Languet*) quia parùm habet
 caloris *ad limina glacialia*) i. ad in-
 gressum frigidi *capri*) i. capricornii
hyberni) i. hyemalis signi, tunc scili-
 cet & mas & fœmina induat ornatas
vesses) i. ornit se, & celebrent *lætitia*)
 scilicet cum lætentur, diem *quo pa-
ter*) scilicet Joachim, ut potior est
 sententia, *anno sus*) i. vetulus, imbut

sc.

*semine sacro) i prævento ab origina-
li macula. alvum conjugis) scilicet,
Annæ gravidam. Etenim illa dies
fecit primordia, id est, conceptum,
sancte nymphæ) id est, sponsæ altissi-
mi patris, & retinuit descendere in no-
stras fordes) scilicet originalis pecca-
ti, in quod omnes de viri semine na-
ti descenderunt.*

201) *Cum volat imbrifera lampas phœbea sub
urna,*

*Ad vernoſ reditura dies, jam proxima
Veri,*

*Ite murus omnes, sacros altarisbus ignes,
Thura focis faculas manibus date, ducite
pompam:*

*Attulit in templum nova dona puerpera
virgo.*

*Quando gregis princeps aurato vellere
fulgens,*

*Incipiet Zephyrus aperire tepentibus an-
num, (horas,
Et dare maiores luce quam noctibus
Aliger occultam redeat paronymphus in
adem.*

*Et nova miranti referat mandata puella,
Festadiēs Thufcis populos de collib' omnes
Co-*

Cogit, & Arnolcas vocat ad Florentia
templa,

Tum quoque sed tenui virgo prius inter-
vallo

Nupsit, & hac teneris lux est celebranda
puellis.

Quando sub extrema Cancri testudine
Phæbus

Volvitur, & revicit vicina canicula
morbos,

Thuro piam celebrate diem: redit hyspi-
ta mater

In proprios à matre lares, altaria circum
Primitias Cereris gemina suspendit
matri.

Ista dedit Pollux, vigilans qua in mon-
tibus olim

Fecerat ad pecudem caussas, dum nocte
serena

Militiam cali, sparsosq; examinat ignes.

His quoq; plura dedit, sed carmina plura
referri

Non finit extremum deponens vespere (224)
Solem.

Cùm volat.) Docet quando cele-
brandum est festum purificationis,
aut verius præsentationis & appa-
ri-

ritionis Christi, quo præsentatus est à diva virginè in templo. Ordo est,
Cum lampas phœbea) id est, Sol. volat
sub urna imbrifera) id est, sub aqua-
 rio adhuc existens. *reditura ad dies*
vernos) qui incipiunt in Martio, jam
 proxima Veri. *O nurus*) id est, nuptæ
 omnes, ite, date sacris altaribus ignes,
 date focis thura, date manibus vestris fa-
 culas, ducite pompam) id est, lætas sup-
 plicationes seu processiones, quia
virgo puerpera) id est, quæ virgo per-
 manes, puerum pepererat, attulit in
templum nova dona) quia puerum qui
 datus est nobis, hoc est, Deum in-
 carnatum & de virginè natum, quæ
 duo maximè sunt noya, nec prius
 visa, nec deinceps videnda. *Quan-*
dgregis princeps.) Describit festum
 Annunciationis & incarnationis
 dominicæ, quod in Martio celebra-
 tur. Sole existente in *principi gregis*)
 id est, ariete. *Paranymphus*) id est,
 pronubus Gabriel archangelus. *ali-*
ger) quia alati pinguntur angeli. *Mi-*
ranti) quia turbata est in sermonē
 ejus, Lucæ i. *Nova mandata*) quia,
 Ec-

Para-
nym-
phus.
Aliger.

Ecce concipies in utero & paries filium. *Arnicolas*) id est, Arnum a-
mnen colentes, cuius accolas qui- colæ.
dam Fluentinos voltint appellan-
dos. Unde non semel pro Floren-
tia Fluentia, & pro Florentinis Flù-
entini leguntur. Id autem festum
Florentini præcipue celebrant, non
est autem legendum arvicola, qua-
si arva colentes, quia illi ubique
sunt, Arnicolæ in Thuscia tantum.
Tum quoque) Tangit festum nupti-
aruni, quia prius nupserat : nam
cum esset desponsata, missus est
Angelus, &c. *tenui*) id est, modico
intervallo) id est, spatio temporis.
Est autem spondaicus versus, & *hac
lux*) scilicet nuptiarum. *puellis tene-
ris*) nubere sperantibus. *Quando sub
extrema cancri*) Disertè docet quod
Visitationis nomine celebratur VI
Nonas Julias, potius dicendum re-
versionis: quia statim ut concepit,
abiit cum festinatione in montana,
& manxit illic menses tres, usq; post
nativitatem divi Joannis præcurso-
ris Domini. *Quando igitur phæbus*)

id

id est, Sol. volvitur sub extrema, & stundine cancri) id est, in extrema parte quæ testudinata videtur, & canicula) scilicet caelestis, vicina) id est, mox oritura revehit morbos, celebrare diem piam) id est, pii officii thure. quia mater) id est, prægnans virgo, quæ etiam ab Elizabeth mater vocata est, quia dixit: Unde mihi hoc, ut mater Domini mei, &c. quod de ea potius, quam de alia prægnante dicatur: quia per eum quem gestabat, certa erat etiam partu futura mater. *Hospita*) scilicet Maria, redit à matre) scilicet Joannis, in proprios lares) id est, suas ædes. suspendito engroriscum altaria geminae matris) scilicet Maria & Elizabeth; quia à quibusdam vocatur festum Elizabeth. *Primitias Cereris*) id est, novas fruges, quæ nunc maturæ sunt. *Ista dedit Pollux*) &c. dum examinat ignes) id est, dum virtutem serutatur astrorum. *Vesperus*) id est, vesperus aut vesper, & hesperus, & vesperugo stellæ illæ vespertina, quæ manè Lucifer dicitur.

EC-

ECLOGA IX.

*De Moribus Curiae Romanae
post religionis ingressum edita,
in scriptis,*

F A L C O.

Colloquuntur.

FAUSTULUS & CANDIDUS.

C Andide, quo casu patriis procul act⁹ Faust⁹
ab oris, (nec amnes
Hac in rura venis? hic pascua nulla,
Nec liquidi fontes, nec ovilia tutæ, nec
umbra,
Et tamen assiduos gregis huc pascuntur
in usus.

Can. Faustule, me woster Corydon (que
plurima quondam
His armenta locis habuit, magnamq;
peculē

Congeriem fecit) pecori me credere adegit
Esse salutares iſtis in montibus herbas.
At postquam segenes agros & inertia saxa
Vidimus, & siccis arestis fontibus un-
dam,

Pænituit longaq; via, patriaq; relictæ.

U Fauſt.

Faust. Postquam te in columnen saltus intrare Latinos

Contigit, antiqui potes hac mea secta subire.

Jure sodalitii: sunt hic mihi pauperis agri
Fugera pauca, mea vix sufficientia vita.
Quicquid id est, commune puta tibi for-
sit an illa (vento est)

Prospéra fors aderit, fortuna sumillima
Caricea sucede casae, dum præterit astus.
Pocula pende, fluit melius post pocula
sermo. (recuset?)

Can. Pocula quis tanta detinens aestate
Faust. Vina sitim minuunt, animiq; doloribus obstant.

Vina ut amicitias, vires ita corporis
augent.

Can. Hec parit ora bonos (si patria ve-
na) racemos.

Faust. Funde iterum, potare semel gu-
stare, secundus

Colluit os potus, calefacta refrigerat ora,
Tertius arma siti bellumque indicere
quartus (sexti est,

Aggreditur, quintus pugnat, victoria
Septimus (Oenophili senis haec doctrina)
triumphat.

Can-

Candide.) Inscriptitur hæc quòd
composita est in gratiam Falconis
Simbaldi patritii Romani, protono-
tarii, apostolicique fisci custodis, de-
quo in Epigrammatis mentio fre-
quens: estque de moribus Curiæ
Romanæ. Inducitur autem Candidus
perswasus à Corydone cum pe-
core Romanæ proficisci, relictis pa-
triis pascuis, cujus incœpti eum ferò^r
pœnitit. Oceasione cuius multa
dicuntur in detestationem avaritiæ
Romanæ Curiæ., Hac in rura) id est,
Romana: præteribo enim quæ no-
ta sunt jure antiqui sodalitii) id est,
sodalitatis & hospitalitatis. Fortu-
na simillima vento est, id est, maxi-
mè incerta & inconstans, *Carice* & *Carix*.
casa) i. tectæ carice, quæ est herba
acuta. Maro,*

Et carice pastus acuta;

Pone) id est, repone aut depone ut
quiescas. *pedum*) id est, virgam pa- Pedum
storalem, qua pedes ovium capiunt
& dirigunt. Invitat autem ad po-
tandum, nec abnuit Candidus, ut si
qua petulantius in Curiam Roma-

nam dicta sint à poëtis dicta censem
antur *Animiq; doloribus obstant*) unde
Bacch⁹ Bacchus Lyæus, quod curas solvat;
& Liber, quod ab eis liberet, dictus
est. *Vina ut amicitias*) quia compo-
tando trahitur magna familiaritas.
Comicus, Quia compotrix ejus est.
Salomon & Cicero comparant vina
& amicitias in hoc, quod utraque
quo veteriora, eo meliora puten-
tur. *Hac ora*) id est, regio parit bo-
nos recemos, si hæc *vina sunt patria*)
id est, in hac patria nata, unde Fau-
stulus, potui magis quam verbis in-
tentus inquit. *Funde iterum*) quia
potare semel est, *gustare*) id est, pitif-
fare duntaxat. *Secundus potus*) id est,
haustus, *colluit*) id est, irrigat peni-
tūs os, tertius refrigerat ora calefa-
cta, quartus aggreditur indicere siti
adhuc prædominantī bellum, quintus
pugnati victoria est, sexti, s. hau-
stus. *Septimus triumphat*) scilicet de
siti. Hæc doctrina est senis *oenophili*) i. amatoris vini, ut prius do-
cuimus.

Can-

Can. Res est consiliis secura fidelibus uti,
Utile doctrinis præbere senilibus aures,
Victa sitis, mens agra manet, curæque
superfunt.

Faust. Ut sedata sitis, sic mens sedabitur
agra,

Funde metum, bibe, cardiaco medicina
dolori hæc.

Utitur ad curas isto medicamine Roma.

Can. Omne opus atque labor vult inter-
valla, quiescat

Offa parùm contra muscas imponet tabel-
lam.

Non manet imbre dies, nec habet nox hu-
mida rorem.

Crescere nec duris possunt in cotib⁹ herba.

Importuna fames, labor improbus aëris
ardor,

Consecere gregē macie, vix debile corpūs

Spiritus aeger agit, vacua cœte porrigit
osſa (ter.

Clunis, & exilis cava contrahit ilia ven-

Hic aries, qui fronte lupos cornuqz petebat

Nunc ovo debilior, pavidoqz fugacior
agno est,

Hec mihi sed nimium me ardentia vota
ferebant,

*Omnia diviho prædixerat omne cornix.
Vix egressus eram limen, sum tristia por-
tans*

*Auguria à dextra venit, tegetisq; sinistræ
Culmine consedit, pressoq; minaciter ore
Vociferans iter auspicio prohibebat
aperto,*

*Heu pecus infelix, quod lacte & prole sa-
lebas*

*Affluere, in nostris lacuit tum pascere
campis:*

*Gramina dum queris, succi plus perdis
eundo,*

*Quām referas pastu, simul hic tabescimus
ambo,*

Tu tenui victu, curis ego vicius amaris.

*Res est consilis.) Graphice docet,
quid curæ valeant, quia victa sitis)
scilicet est, sed mens ægra manet,
curæq; supersunt. Ad quod Faust.*

*Ut sitis sedata est, sic mens seda-
bitur ægra.*

*Cardiaco medicina dolori hæc Hæc me-
dicina scilicet, frequens potus est
Cardia medicina dolori cardiaco.) i. cordis,
cus. quem qui patiuntur, nimium siti-
unt; unde Juvenalis,*

Car-

Cardiaco nunquam cyathum
missurus amico. Dicitur autem
από τῆς καρδίας, quod Græcè dicitur
cor. Quiescat obba³i. lagenā lato fun. Obba-
do, unde à Persio dicitur sessilis ob-
ba. imponat tabellam contra muscas)
tegenē à muscis inquietur. Importuna
via fessis. labor improbus) i. assiduus
& ita improbandus. Maro, Labor
omnia vincit improbus. & ardor
aëris) confecere gregem macie) id est,
emaceraverunt, sed plus est confici
macie quam emacerari : quia quod
conficitur, deficit. Venter exilis) quia
vacuus, divino omne) i. à diis porten-
to, aut divinandi vim habente.
Maro,

Sæpè malum hoc nobis, si mens
non læva fuisset,
De cælo tactas memini prædicere
quercus.

Sæpè sinistra cava prædixit ab ili-
ce cornix.

A dextra venit) Cicero tamen libro
primo de Divin. scilicet scribit cor-
vum à dextra, à sinistra cornicem

facerè ratum. Unde hīc potius videretur dicendum, à lēva: verū ad dīt, tegetus, sinistra Culmine consedit) ubi scilicet vīsa est. Et quia sola infāsti est augurii, ut Plinius docet.

Teges. Teges dicitur tugurium. *Vociferans* est enim infelicitatis avis. *Asperio aperto*) id est, manifesto. Prohibebat iter i. profectionem, in nostris) scilicet Mantuanis; quam referas pāstu) id est, è pascendo, est enim nomen. *Simul hic tabescimus amba*) est scilicet infelix pecus tabescis, scilicet tenui victu) id est, penuria victus & inedia, ego) scilicet tabesco, victus curis amaris.

59) *Quostrae regionis opos, ô florida prata,*
Q campi virides, ô pascua leta feraxq,
Et nunquam sine fringo solum, currentia
pasim

Flumina per villas, rivi per rura, per
hortos.

Hinc pecus, hinc agri pinguis, subsidere
cancri,

Cum tritura sonat, pasim cum fultus
ardet,

Arna virant, sexta lente de vimine sepes
Po-

Poma ferunt, redolent ipsis in vepribus
herba.

O nemorū dulces umbra, mollesq; susurri,
Quos tecum memini golidis carpsisse sub
umbris,

Turturis ad gemitus, ad birundinis ac
philomene

Carmina, cum primis resonant arbusta
cicadas

Aura strepens foliis nemorum veniebat
ab Euro,

Et baccata super tendebat brachia cor-
nus. (bam,

Ipsē solo recubans, pecudos gestire vide-
Atque alacres teneris luctari cornibus
agnos.

Post somnos, per gramen humi nunc ore
supino,

Aut flatu implebam calamos, aut voce
canebam,

Pectore nunc pono, rutilantia fraga le-
gebam.

Faust. Rivere sum felix poteras, dici
beatus,

Sed bona quod nondum fueras expertus
acerbam,

Vilis erat tibi, tegi ideo fortuna reliquit.

*Quando iterum veniet, (veniet si for-
sit an unquam).*

*s/ Sicut capreolis rorsum intentibus herent
Stipitibus vites, stringuntq; tenaciter
ulmas,*
*Sic illam tu prenda manu, neu desere
prensam. (constat,
ut redit, effigiem mutat, nec imagino
Parlamis, quas nocte ferunt errare per
umbras.*
*Mobilis ut facies, ita mens deludere gau-
dens. (casu.
Quod dederat tollit, pensi nihil, omnia
Qui nimium metuunt sapiuntque, repel-
lit & odit.*

*O nostre.) Continua sunt verba
Candidi, nam Faustulus sedatinum
singnificavit, atque in sua patria es-
se. Omnia autem usque adeò fac-
lia sunt, ut vel minima expositio
videatur inanis: nihil tamen est
abjectius dictum quam huic stylo
congruat. Arua virent.) Virgilius,*

*Ut quantum longis carpent ar-
menta diebus.*

*Exiguis tantum gelida ros nocte
reponat.*

Se-

*Sepes poma ferunt narfat.) Miram fertilitatem, sed non raram Italiae,
ubi in unis hortis poma, vitem, fruges & legumina non semel tino anno colligas, redolent ipsis in vespribus herbae.) Id quoque verum, quia rosae nascuntur mollesq; susurri) scilicet fontium & apum. Maro,*

*Sæpè levi somnum suadefit ini-
re susurro.*

*Est autem susurrus raucum & susur-
lene murmur. gelidis sub umbris) rus.
Idem, Hic inter flumina nota. Et
fontes sacros, frigus captabis opa-
cum Turturis ad gemitus) quia ejus
cantus est gemitus. Idem,*

*Nec gemere æria cessabit turtur
ab ulmo. ad hirundinis ac philomena
carmina) Hæ enim aviculae dulciter
canunt. Maro,*

*Hinc alta sub rupe canet fronda-
tor ad auras, quod de philomena in-
telligi posse docet Servius. cum primus)
Idem.*

*Sole sub ardente resonant arbusta
cicadis.*

Ab Euro) id est, Oriente cornus baccata,

Bacca-*ra*, aut *brachia baccata*) i. e. baccis or-
tus. *nata, h. e. cornis.* Idem, Victum in-
felicem baccas, lapidosaque corna
Dant rami. Et in eodem 3. Aeneid.
Baccatamque jugis Naxon. *sole re-
cubans*) Idem, Recubans sub tegmi-
ne fagi. gestire, id est, gestu alacrita-
te in prodere aut voce. Idem, Nec
calamis solum æquiparas, sed voce
magistrum *rutilantia*) quia matura,
fraga legebam) Idem, Qui legitis flo-
res & humi nascentia fraga. *Vivere
tum felix poteras, diciq; beatus sed bona
fortuna erat tibi vivilis, quod nondum fu-
erat expertus acerbam*) Idvero verius
est, unde dici solet,

Dulcia non meminit qui non gu-
stavit amara.

Et sic,

Dulcia non sapiunt cui non gu-
stantur amara.

Quando iterum veniet) scilicet, for-
tuna. *veniet si forsitan unquam*) bona
parenthesis, qua incertitudinem
fortunæ significat. *sicut vites hærent
stipitibus*) i. palis, hoc est, ad palos,
caproplis) i. chordulis quibusdam ad
hoc

Capre-
onis.

hoc natis. *nitentibus*) i. tendentibus
sursum. *Sic prende manu illam*) scilicet
fortunam. *neu*) neve *desere prensam*)
id est, semel comprehensam. Fortuna it & redit & mutat effigiem, *nec*
constat imagine id est, nec servat sem-
per eandem imaginem, *par*) i. simi-
lis *lamis*) i. mulieribus qui se transfi-
gurare dicuntur. *pensi* ; excogitati,
& deliberati. *nihil*) scilicet habens,
omnia casu) scilicet faciens: *repellit* &
udit quis nimium metuunt) unde di-
ctum à Marone. Audaces fortuna
juvat, aut, ut alii legunt, *audentes* ve
(pro vel qui nimium sapiunt) quia,
ut Philosophus docet, quanto plus
est sapientiae, tanto minus fortunae:
quia sapientes sunt prudentes, o-
mnia prospicientes prius quam e-
veniant, & ita pauca eis à casu & for-
tuna obveniunt.

Can. *Delicias patrii quoties reminisci-* (90)
mur agri,

Ferre tot arumnas animo non possumus
equo.

Sed què mente feror casu afflictatas
acerbo?

Unde

Unde magis crucier fælicia tempora
volvo? (nestæ,
Majus adest, florent vites, humilesq; ge-
fam spicata seges, malus jā punica multo
Flore rubet, redolent sepes albentè sabuco
In patria, per rura Padi, per pascua Minci.
Hic verò necdum incipiunt pubescere
montes.

Quod si Vere solum torpet, quid frigora
bruma,
Solstitiumq; feret? gelidis cùm terra
pruinis
Albicat & rapido cùm calum incanduit
æstu?
Sunt tamen hic armenta quibus cutis
uvida cervix.
Non signata jugis, gemino frons ardua
cornu, (carpant,
Luxuriansq; toris pectus: nisi pabula
Non erit hac tanta humectum pinguedi-
ne corpus.

Faust. Hac armenta quibus caput à tellu-
re levatur.

Altius, & cui sunt longa internodia cru-
rum.

Cuncta vorant, herbas primum, mox ora
supino

Ar-

*Arboreas frondes, summaque cæcumina
sylva.*

*Hoc impelle pecus, quod humi nascentia
tantum (arvis.*

*Gramina decerpit, vacuis jejunat in
Cand. Quid verbis opus est? cunctis
animantibus una est*

*Conditi, semper majora minoribus ob-
funt. (lumba,*

*Agnalupo, mites aquilis sunt preda co-
innocuos delphin venatur in aquore
pisces.*

Unde fit hoc? certè ros prodigiosa videtur.

*Hac loca si procul hinc videoas è rupibus
altis,*

*Pingue solum & multo vestitum grami-
ne dicas.*

*Quò magis approperas, tanto magis
omnia fôrdent.*

*Faust. Hoc est Roma viris, avibus quod
noctua: truncos*

*Insidet, & tanquam volucrum regina
superbis*

*Nutibus à longè plebem vocat: inscia
fraudis*

*Turba coit, grandes oculos mirantur &
auras,*

Tur-

*Turpe caput, rostrig. minacis acumen
aduncum.*

*Duq; super virgulta agili levitate
feruntur,*

*Nunc buc nunc illuc, aliis vestigia filum
Illaqueat, retinent alias lita vimina
visco,*

*Pradaq; sunt omnes veribus torranda
salignis.*

*Delicias patrii.) Permanet que-
rulus Candidus, ut tandem perve-
niat ad mores Curiæ Romanæ no-
tandos. Unde magis crucier.) quia
summum infelicitatis genus est fu-
isse felicem. Majus) scilicet. mensis
floridus. Jam spicata) id est, in spicas
formata, malus Punica) i. quæ aurea
mala fert, albente sambuco) scilicet
floribus, cum acinos nigerrimos
habeat. per pascua Minci) pro Minci
per apocopen aut synæresin, pub-
escere) id est, frondescere. Quod si Va-
re) id est, verno tempore, de quo
dictum est,*

Nunc omnis parturit arbos.

Torpos) constrictum frigore jacet.

*quid frigora bruma) scilicet ferent
quid*

quid solsticium) scilicet æstivale feret?
 Bruma, inquam, gelidis quum terra
 pruinis albicat: solsticium autem ra-
 pido quum cælum incanduit æstu,
cantis uida) i. glabra & nitida. Ho- Uvida.
 ratius, Me pinguem & nitidum &
 benè curata cute vises. *cervix non*
signata jugis) i. quæ nondum porta-
 verunt jugum, *luxuriansq; toris pe-*
ctus) quod indicium bonum indicat.
 Virgilius Maro. Allegoricôs autem
 vult divites omnia ingurgitare, ut
 docet manifestè Faustulus: unde
 addit Candidus, Semper majora
 minoribus obsunt. Agna est lupo
 præda, mites columbæ sunt præda
 aquilis. *Delphin*) qui balænas & cé-
 te alere dicitur, qui intrat eorum o-
 ra & egreditur, cum sequentes pi-
 sciculi in alvum balænæ démittan-
 tur: unde quidam latronem appell-
 lant. *Venatur*) i. insidiis capit, quia
 nihil est pernicius eo. Multa autem
 per Allegoriam dicuntur. *Hoc est Ro-*
ma viris) i. captatrix. ostendit enim
 se placidam & opulentam, & adven-
 tantes inedia confici finit.

etua avibus) que admirationi est eis,
& ita circumvolantes capiuntur aut
wisco, aut reri. lita) i. illita, à lino.
wimina) id est, virgulæ aut perticæ
parvæ sunt præda torrenda veri-
bus. Alii veribus legunt, sed &
Maro veribus dixit:

Pars in frusta secant, veribusq;
trementia figunt.

Salignis autem, i. ex salicibus,
quia talibus utuntur rustici.

129) *Can. O bellum hoc, poterit dicti nihil*
aptius unquam.

Sed procul en raluber tortos in palvere
gressus

Flectit, & exerto sitiens ferit aëra
linguis.

Faust. Candide qua monco, memori sub
pectore serva.

Quando inter sylvas graderis, defende
galero

Lamina: namque rubi pretendunt spi-
cula longis (cro.

Dentibus, & curvus discerpit pallia mu-
Nec depone pedum, multaq; armare me-
mento (hostis.

Cato finum, ne te sabote novus opprimat

Ec

*Et perdone pedem tegito: spineta colubris
Plena, hominum vita morsu insidiantur
amaro,*

Et nunc longa dies astu facit acre venen-
num.

*Mille lupi, totidem vulpos in vallibus istis
Lustrantem, & quod dirum, ac mira-*
bile dictu est,

*Ipse homines (hujus tanta est violentia
celi)*

*Sepè lupi effigiem moresq; assumere vidi,
Inq; suum saevire gregem, multaq; madere
Cade sui pecoris, factum vicinia ridet,
Nec scelus exhorret, nec talibus obviat
ausis.*

*Sepè etiā miris apparent monstra figuris,
Qua tellus affecta malis influxibus edit.
Sepè canes tantam in rabiem vertuntur,
ut ipfos*

*Vincant cede lupos: & qui tutela fuerūt,
Hostiles inceperūt animos, & ovilia ma-
ctant.*

*O bellum hoc.) Assentatorum more,
ut Persius indicat, laudat dictum
Pauli, quod tamen hic amicē fieri
potest, verum ostendit colubrum
insidiari cantantibus. Exertis linguis.)*

ab ex & sero. Maro, Et linguis micat ore trisulcis. *Defendo galero*) i.
largo pileo rustico. *Gurvus mucro*) i.
pugio spinarum. *Nec depone pedum*) i.
baculum pastoralem. *Multa cote*) i.
duris lapidibus *Novus hostis*) i. impro-
visus & inexpectatus serpens. *Et pe-
rone*) i. calceamento rustico, crudo
corio crura ambire solito. *Spineta*) i.
loca spinis & vepribus confita.
Maro,

Nunc virides etiam occultant
spineta lacertos.

Sæpe lupi effigiem) Maro in pharma-
ceutria : Hic ego sæpe lupum fieri &
se condere sylvis Mœrin, &c. Id au-
tem Arcadibus dictum est evenire
solitum : sed sic intelligo lupos fieri,
ut socii Ulyssis facti sunt & ursi &
leones ac porci, quod eorum mores
assumpserunt : unde furaces & rá-
paces significat, sed ad fabulam quo-
que respicit, nam effigiem dicit &
mores. Augustinus docet in Italia
visum esse quibusdam quod in as-
inos essent versi, & ita subire onera
conjugibus imposita more asino-
rum

rum. *Malis inflaxibus*) i. malis influentiis. Acri profecto aceto conspergit Romanos, quasi verò cælum id faciat. *Candovilia mactant*) Nota allegoria in prælatos qui subditos spoliant.

Fama est. Ægyptum coluisse animalia (153
quædam,

*Et pro numinibus multas habuisse fera-
rum.*

*Illa supersticio minor est, quam nostra fo-
ratarum.* (certe

*Hæ aras habet omne genus, contraria
Naturæ res atq; Deo, qui dicitur olim
Præposuisse hominem cunctis animanti-
bus unum.*

*Sepè etiam morbosa astas, & pestifer
annus*

*Ingruit, & pasim languens pecus omne
per arva* (matris
Strenitur, extinctæ dum balat ad hubera er/
*Agnus, obit, moritur duro sub pondere
taurus.*

*Nec modus est morbo, non est medicina
veneno:*

*Sed vicina domus vicino à limiue morte
Maurit, & assidue sumunt contagia res.*

Ista feras raro postis rapit, utile semper
Fert pecus, extictas caulas epulantur
atrociter.

Dente lupi, nostraḡ fera iactura opule-
scunt.

Can. *Heu heu quanta preces miserum*
me insania traxit.

quam praeceps Credere fallaci gravis est dementia fame.
Romul eos calles, Tiberim, Romanaḡ tecta
Audieram, & studio mens est accensa vi-
dendi,

Ducendiḡ bonis intentat praestantibus avū.
Accessit cum patre gregis & centuria de-
mens,
Totū penē barem cum pastoralibus armis
Trans juga summa tuli, multalia,
cymbia, alrena.

Et cacabos, & quo formatur cāscus orbem
Fagineum, impensam atq; operas amissi-
mus omnes.

Fama est (Egyptum) Docet omne
genus ferarum habere aras suas Ro-
mæ, id est, omne genus vitiosorum
esse in honore & pretio. Quod Ju-
ven. Satyr. 1. graphicè docet, affe-
rens non nisi flagitosos exilio &
carcere dignos sublimari, & ideo in-
quit:

quit: Aude aliquid brevibus Gyaris
aut carcere dignum, Sivis esse ali-
quid. *Fama est Aegyptum*) Idem docet
Juvenal. saty. 14.

Qui nescit Volusi Bithynice qua-
lia demens

Ægyptus portenta colat? croco-
dilon adorat

Pars hæc, illa pavet saturam fer-
pentibus ibin. &c.

Multas ferarum) id est, multas feras.
Ista) scilicet Ægyptiorum supersti-
tio. Superstitiones & deliranti-
um religio minor est, *quam nostra*)
id est, Romana: quia ferarum hic
aras habet omne genus. *Præposu-*
isse) ut in paradyso, Genes. i. Domi-
námini písibus maris & volatilibus
cæli, & universis animantibus quæ
moventur super terram. *Sapè etiam*
morbosa astas) hoc quoque verum.
pecus omne) id quia pastor dicit, sed &
homines plurimi pestilentia absumi
illuc quotannis solent. *Dum balat*) Balare:
id proprium est ovis ut boare bovis, Boare.
& mugire tauri. *meritur duro sub pon-* Mugire
doro taurum) Hæc omnia nimis gra-

phicē habentur Georgic. 3. Ecce autem duro fumans sub vomere taurus, Concidit, &c. Nec modus id est, finis morbo, non est medicina veneno) i. infectioni venenosæ. Ibidem, Quæsitæq; nocent artes, cessere magistri, Phillyrides, Chiron, Amythoniusq; Melampus. Ista feras raro pestis rapit) id quidem verum, & tamen non ita multiplicantur ut pecudes. Opulescent) i. opulentæ & dívites fiunt, ut feræ sit nomen: nam si ferè scribitur, refertur ad lupos. Credere fallati gravis est dementia famæ) Proverbiale. Sensus autem est, se tractum fama, quæ erat, omnes qui Romam accederent dicari, illuc cum pecore commigrasse & cum armis pastoralibus, quæ graphicè enumerat. Multalia) vasæ in quæ lac trahitur & mulgetur. Cymbia) vasæ in morem cymbarum, in quæ transfunditur abena) id est, lebetes ex æretactos, & cacabos) aliud genus vasæ, quidam caldaria vocant. & quo formatur casus orbem) id est, vas rotundum quo imprimitur: unde à for-

forma formaginem vocat Appuleius, unde Gallicum vocabulum. Hunc ut charum ostendat, fagineum, id est, ex fago commemorat, tornatum. *Imponsam* scilicet pecuniam, atque operas amissimus omnes quæ erat vox coruli aliquando Romæ venum expositi.

*Quid faciam? quo me vertam? sperata (180
negantur*

*Pabula, tot casus, tot ubiqꝫ pericula, cogor
In veteres remeare casas, & cæpta fateri
Consiliis egressa malis, iterumqꝫ per aestus,
Et montana pati longos per saxa labores.
Heu pecus infælix, ô lavo sidere pastor
Huc avecte, fuit multo præstantius istud
Ignorasse solum, patriogꝫ in limine tuto
Consumpsisse dies, gelidis senuisse sub
antris,*

*Atqꝫ Padi circum ripas, Athesive per
agros;*

*Aut ubi per virides campos & pascua nota
Mincius it, vel qua vitrea natat Abdua*

cursu (herbis:

*Consedisse, gregem pavisse salubribus
Faust. Tenua credidit as, & mea fallit
in horas:*

Vidi ergo supra mea qui prosperitatis habebant

Culmina, dum laudata petunt, cecidisse,
nec unquam

Emersisse malis. facit experientia cautos,
Hi prius explorant, & non laudata se-
quuntur.

Omnia laude carent qua sunt, meliora
fuerunt.

(Non nego) qua famam retinent, ac no-
mina servant,

Cuncta suis pollent vicibus. Luna, Adria,
Troja,

Sabzia, quas nobis memorabat sepius
Umbra,

Nomine sunt solo: delevit cetera tempio.
Si minor est patriæ forsan modo gloria
nostra,

Restamen est melior: laudata gloria
Romæ

Quanta sit in toto nō est qui nesciat orbe.
Fama quidem manet, utilitas antiqua
recessit

Illi, prisca quibus maduerunt pascua,
fontes

Nunc humores carent, venis aqua defuit
haustis.

Nulla

*Nulla pluit nubes, Tyberis non irrigat
agros.*

*Tempus aqueductus veteres contrivit,
& arcus.*

*Et castella ruunt, procul hinc, procul ite
capella,*

*Hic jejuna fames, & languida regnat
egesta*

Quid faciam.) Desperantis vox.

Ex cæpta fateri Consilio egressa malis)
quod summè dolendum innuit
Virgiliana Juno Æneid.i. Méne in-

cœptis desistere victimam & d'levò (id Lævus.
est, sinistro & inimico fidere pastor

huc avecte) potius quam advecte di-

cit, quia à bonis pascuis ad sterilia

migrasse dolet. Istud) scilicet sterile

& sceleratum. patriog. à limine tutos

consumpsisse dies) repete, fuit multò

tutius. Athesis vero per agros) qui fluit Athesis

ex Tridentinis alpibus. Tridentum

allio & Veronam dividit. Mincius Minci⁹

fluvius Mantuanus, non longè à

Mantua in Padum fluens, sæpè

commemoratus, Abdua) qui à Stra-

bone Abdua dicitur, fluvius ex Ver-

bano lacu ortus, in Padum quoque

in-

incidit. Verbanus autem, ut Larrius & Benacus, ex alpibus ortum habet atque incrementum. *Conſideſſe*) à consido, id est, locum habitationis cœpisse, ut Æneid. i.

Vultis & his mecum pariter
confidere regnis?

Gregem paviffe) repete, ut dixi, fuit multò falubrius. *Te tua credulitas*) Docér non facile credendum esse. In horas & non in oras legendum, sed secundum Vallam, quia non ponitur nota excrementi, potius diceret in horam. *Vidi ego*) à certitudine argumentatur, quia plus valet oculatus testis unus, quam auriti decem. Ordo est, Ego vidi eos, qui habebant culmina, id est, summamē prosperitatis: alludit ad rotam fortunæ. *ceci-
difſſe dum petunt lantata*) quia sæpè quæ bona & læta, vertuntur in pejus: unde dici solet, Dii benè vertant. *Nec unquam*) scilicet postquam semel inciderant, *emerſiſſe malis*) id caput extulisse è malis, quibus obtuti erant. *facit experientia caueſſe*) & ideo

& ideo senes difficulter inducuntur ad credendum, quia multam experientiam fraudis habent. *Hi* scilicet cauti, *explorant* i. exquirunt & examinant prius, & non seqvuntur omnia laudata, sed quæ compere-rint bona, quia sæpe laude carent quæ sunt meliora. *s. laudatis. non nego* i. fateor. *fuerunt* scilicet multa, quæ retinenter famam ac servant nomina) cùm nihil habeant rei, sed cuncta pol-tent suis vicibus) i. vicissitudinibus: unde Comicus, Omnia rerum vi- cissitudo est. *Luna Adria Troja, Sal- viu*) hæ urbes, quas Umlber) scilicet doctus ille, cuius sæpe meminit, me- morabat nobis.) hoc semper, nec con- tra decorum plusquam ut pastori competat, sapere dicatur: sunt sci- licet nunc solo nomine, quia tem- pus delevit cætera, quia omnia se- nescunt & labascunt in tempore: unde, Tempus edax rerum, &c. *Lx.* Luna, na, civitas olim Hetruriæ ad Ma- cram fluvium, de qua Lucanus: Hoc propter placuit Thuscos de- more vetusto Acciri yates, quorum qui

qui maximus ævo Aruns, incoluit
 desertæ mœnia Lunæ. Interiit enim
 nunc, sed regio adhuc Lunensis no-
 minatur. *Adria* quoque urbs Italæ
 fuit, quæ mari, cui vicina est, no-
 men dedit, quod Adrianum seu A-
 driaticum dicitur. & interdum eti-
 am Adria genere masculino mare
 ipsum, quod superium vocant, quia
 orientem versus, in qua ore Vene-
 tiæ sunt. *Troja*) notior est quam ut
 de ea quicquam dicendum sit. De-
 letæ est *salvia*) ut aliae multæ, ut Sa-
 guntus in Hispania, Carthago in
 Africa, Corinthus in Peloponneso,
 &c. Si minor est patriæ forsitan modo glo-
 ria nostræ) Ergo & Faustulus se Man-
 tuanum indicat, quia ait, *Restamen*
est melior Illi prisca quibus maduerunt
pasc. &c.) Per fontes, benficos in
 poëtas intelligit, ut Meccenatém,
 Augustum, Messalam, Pollionem,
 & similes, aqueductus veteros) mani-
 festa est Allegoria. *Hic jejuna fames,*
& languida regnat egestas) selecta &
 apta epitheta: nam ideo fames,
 quia jejunia, & ideo languidus quis
 ferè,

feré, quia egenus: egestas enim
languorem parit, sicut & inedia, ut
patet in apoloquo quæ Livius reci-
tat de membris quæ in ventrem
conjuraverunt.

*Hic tamen, ut fama est, & nos quoq; ut (213)
dimus ipsi,*

*Pastor adest, quadam ducens exalte
nomen,*

*Lanigeri pecoris dives, ditissimus agri.
Carmine qui priscos vates atq; Orpheo
vincat,*

*Orpheo, qui traxit sylvas & saxa ca-
nendo,*

Hic alios omni tantum virtute canendo

*Exuperat, quantum Tyberim Padus,
Abdua Macram,*

*Lenta salix juncum, tribulos rosa popu-
lus algam* (olim

*Credimus hunc illi similiem, cui Tityrus
Bis senos fumare dies altaria fecit.*

Hic ovium custos ipso vigilantior Argo.

Daphnide nec solum, sed eo qui dicitur olim

*Admeti pavisse greges per Thessala rura,
Doctior, omne pecus Solymis curare ma-
gistræ*

Di-

*Dignus, & antiquo dignus succedere
patri,*

*Qui fuit Assyrii pecoris post retia pastor.
Iste potest servare gregem, depellere
morbos,*

*Hunc etare solum dare pascua, solvere
fontes.*

*Conciliare Jovem, fures arcere, luposq.
Si favet iste, manet: quod si negat iste
favorem,*

233) *Candide coge pecus, melioraque pascua
quare.*

*Hic tamen ut fama.) Huc tendit
principale institutum ut videlicet
Falconem Sinibaldum à largitate
landet, aut ad eam invitet: cuius
gratia videtur tota Ecloga compo-
sita. ut fama est,) quæ sæpè mendax,
unde Maro, Tam ficti pravique te-
nax quam nuncia veri. Ideo addit,
Et nos quoque vidimus ipsi. Pastor
adest.) Aut quia etiam * imperato-
res vocant pastores, ut sermo pa-
storalis: aut quia datarius, &, ut di-
cunt, eleemosynarius est, & ita mul-
torum pastor. Quadam dicens ex
alio nomen) dicitur enim Falco, quod
& a-*

& avis notæ nomen. *Lanigeri pecoris
dives*) Maro in Bucol. Quām dives
nivei pecoris, quām lactis abun-
dans. *Ditisimus agri.*) Idem Ænei.
i. Huic coniunx Sichæus erat ditis-
simus agri Phœnicum, Carmine qui
priscos vates, atque Orpheu vincat) *Orphe-*
More Maroniano principem ab ex-
eritu separat, ut egregium signifi-
